

3 1761 03989 5479

Empedocles

Empedoclis et Parmenidis
fragmenta ex codice taurinensis
bibliothecae restituta et
illustrata ab Amedeo Peyron

PA
3968
E6A6
1810







EMPEDOCLIS
ET
PARMENIDIS
FRAGMENTA

EX CODICE
TAVRINENSIS BIBLIOTHECAE RESTITUTA
ET ILLUSTRATA

AB
AMEDEO PEYRON

IN TAVRIN. ACAD. LL. ORIENT. PROFESSORE
VICES GERENTE.

SIMVL AGITVR DE GENVINO GRAECO TEXTV
COMMENTARII SIMPLICII IN ARISTOTELEM
DE COELO ET MVNDO.

LIPSIÆ
SVMP. IOA. AVG. GOTTL. WEIGEL
MDCCCX.

UNIVERSITY OF TORONTO

PARLIAMENTS


FRANZ MAYER

BY CARD

UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO

PA
3968
E6A6
1810



UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO

AD

D I D Y M V M

TAVRINENSEM.

Cum multa vtiliter, eruditissime Didyme, a viris doctis in veterum scriptis euoluendis sint elaborata, tum illud maxime vtilissimum, quod monumentorum, quaecumque aetatem tulerunt, sinceritatem et fidem pensantes ab vitio et iniquitate temporum quidquid boni est vindicarunt. Parum enim interesse putabant, quam multos in bibliothecis veterum scriptorum commentarios numerarent; plurimum, quam genuinos et sanos. Inde ex libris quos superior venerabatur aetas, alii falso auctori inscripti, alii deperditorum loco suffecti, plurimi foede corrupti patuerunt. Tanta enim semper auaritia per summam litterarum iniuriam librarios tenuit. At omnes fraudes detegere non nisi multa dies dabit (fortasse nec licet sperare), siue quod aliquos in scriptores viri docti nondum diu multumque incubuerint, siue quod tanta veritatis simulatione quaedam sint fucatae, vt dolum subesse vix suspiceris. Eiusmodi vnam tu in libro de *Pronunciatione Diuini Nominis*, praeter cetera subtiliter, vt omnia, disputata, detectam ita dedisti, vt aduersantibus, fraudem notularum vocalium adprobares, quibus praesensum erat, veterem et germanam nominis τετραγραμμάτου pronunciationem aperires. Aliam aequae momentosam fortuito casu mihi oblatam propositum est tecum, Vir egregie, communicare, ne diutius in fucos eruditi ma-

neant. Qui si meae faueant industriae, ipsis licebit tibi hoc tuum gratulari opus; quidquid enim in Philologia tui ego auditor sum consecutus, a te acceptum necdum agnoscere aequum est, verum et fateri ideo decorum, quod ex praestantissima origine maxima mihi commendatio, faustumque omen accedat paris et in iudicando acuminis, et in eruditione sagacitatis. Cur enim votis ipse meis non blandiar? Sin mediocris contingat successus (nam tui impar), quas grati et studiosi animi significationes iamdudum publice edere gestiebam, protulisse hac mea commutatione contentus ero. Sed rem aggredior.

Inter eos, qui Philosophiam Peripateticam professi sunt, cum primis eximius est Simplicius patria Cilix, Ammonii et Damascii saeculo VI. auditor, qui, multis libris in Aristotelem aliosque conscriptis, insigne suum iudicium, assiduamque operam prodidit in propriis placitis cum Pythagorae, Platonis, Stoicorumque schola componendis; quare spectatissimus in Philosophia, ut tum erat temporis, habitus fuit. Cuius scripta etsi ob varias in rebus philosophicis vicissitudines, scientiarumque in dies noua crementa, haud magno in loco habenda videri nunc possint, tamen ob fragmenta ex monumentis vetustissimorum philosophorum deprompta, quae passim hypomnematis suis seruanda commisit, illis semper sese commendarunt itemque commendant, qui veteris philosophiae scita ex ipsis sapientum verbis cognoscere amant.

Iam vero, praeter cetera a Simplicio exarata, eruditi homines, non sine maximo in criticam philosophiae historiam emolumento, eius Commentario in Aristotelem de Caelo et Mundo utebantur, eaque unica editione, quam Venetiis ab Aldo anno MDXXVI. vulgatam nemo postea aut recognouit, aut iterum im-

pressit 1). At simul nonnulla in ea ita vitata que-
rebantur, siue in textu commentarii, siue in locis
veterum philosophorum quos citabat, vt nullus bo-
nus inde sensus exsculpi posset. Quod inter summa
mala esse recensendum, iis facile persuasum erit, qui
norunt, persaepe dogmatum ipsorum intelligentiam,
et accuratum iudicium, quid cuiusque sapientis pro-
prium sit, quauē in re a ceteris distinguatur, a vo-
cabulorum vi pendere, quibus philosophi animi sui
notiones explicabant; tum amauēses non satis vel
linguam, vel placita antiquorum sapientum calluisse,
vt iudicium facerent. Quare ex nuperrimis Fride-
ricus Guil. Sturzius, Empedoclis versibus, quotquot
apud veteres scriptores extabant, vudique conquisi-
tis 2), quos dabat Simplicius de Caelo in reliquorum

1) Adeo illa rara est, vt ea, quae totum prope bien-
nium siue ego, siue per amicos atque bibliopolas expertus
eram, quo eam oculis vsurpare possem, vana omnia suc-
cesserint. Quare, re infecta, omnique iam spe in auras
dilapsa commentatiunculam meam ex nonnullis laciniis
Simplici Veneti summo labore hinc et illinc collectis ede-
re parabam. Inter haec qui totius mei consilii particeps
erat Eques Alois. Bossi in Regno Italico Consiliarius, nem-
que in litteris ad exemplum eruditissimus, quem gratiam
suam apud primores regni collocasset, impetrauit, vt li-
brum nequicquam optatum a Bibliotheca D. Marci Vene-
tiarum commodatum domi haberem, data prius fide, intra
tertium mensem restitutum iri. Cuius summa in me me-
rita vt memorare aequum erat, sic eorum magni ualorem
verbis aequare haud aggredior. Si enim humanitatem co-
mitatemque Viri laudauerim, verendum erit, ne eius lit-
teris obfecerim, quas tanto studio et amat, et colit, vt in-
tegram sibi deposcant gratiam, dum alienos conatus iu-
uant.

2) Empedocles Agrigentinus. De vita et philosophia
eius exposuit, carminum reliquias ex antiquis scriptori-
bus collegit, recensuit, illustrauit, praefationem et indices

censum annumerare haud potuit; adeo corrupti erant, sine metrum, siue probabilem quempiam sensum spectaret. Metricum quidem numerum ex barbarica Simplicii prosa reficere curauit Vir clarissimus; at, praeterquam quod genuinos Empedoclis versus nemo vnus eos adpellauerit, quum male habita, immo pessumdota a librariis fuisse ea loca plane constet, fieri potest, vt non verba solum, sed ne ipsa quidem auctoris mens a restitutore exhibeatur. Ceterum tanta ibi elucet sagacitas, tanta ἀγγίνοια, μεντιχήν dixerim, vt palmam tulisset Vir sollertissimus, si in arduo solum spes posita fuisset. Quique etiam in hac sparta sese exercuit Philippus Buttmannus, post multa contra Sturzium disputata, nouaque tentata, rem integram felicioribus inuestigatoribus et κριτικώτεροις reliquit ³⁾. Facilius sese expediuit Gustauus Füllebornius, Parmenidis fragmentorum editor ⁴⁾; hic, quum ex Simplicio nouam gazam colligere posset, vix duxit esse operae pretium eo vti, iis solum contentus, quae cum ex aliis scriptoribus, tum ex Simplicii Commentario de Physica auscultatione in promptu erant.

Quam adeo foedam labem iniquitate temporum Simplicio illatam primo ego miratus, dein si qui modus esset eam eluendi mecum ipse cogitans, vnicum, quod Bibliotheca Academiae nostrae Taurinensis manu exaratum Simplicii de Caelo exemplar possidet,

adiexit M. Frider. Guil. Sturz. Lipsiae 1805. vol. II. Cui operi praeluserat in vol. I. Comment. Societ. Phil. Lipsiensis an. 1801.

3) Observations in Cl. Sturzii Empedoclea in Commentariis Societ. Phil. Lips. 1804.

4) Fragmente des Parmenides, gesammelt, übersetzt und erläutert von Georg Gustav Fülleborn. Züllichau 1795.

adiui. Consului. Mirum! Sana omnia et integra, versusque, quos ad metri leges renocare satagebant eruditi, liquidissimos reperi. Cuius rerum diuersitatis causam mente volutans, in eaque adsidue lucubrans, hanc tandem afferri posse ratus, equidem securus vulgo, tuum tamen, consultissime Didyme, iudicium facio.

Ex vnica vtriusque textus inspectione liquet, lectionem Graeci textus Simplicii de Caelo, cuiusmodi in editione Veneta habetur, a lectione Taurinensis codicis ita differre, vt qui varietates lectionis notare vellet, integer ei foret describendus codex. Etsi enim interdum septem vel octo continentia verba eadem in vtroque legantur, cum hoc rarum, tum haud mirum videri debet in re διδασκαλικῇ, vbi oratio iis constat vocabulis, quae certa et propria argumenti necessitas plane postulat. Quod vt confestim pateat, exempla ponam. Primum sit Clepsydrae descriptio, quae in edito fol. 127. b., in Codice vero fol. 325. b. legitur.

! Editio Veneta.

Codex Taurinensis.

<p>Ἡ δὲ κλειψύδρα ἀγγεῖον ἔστι στενόστομον, πλατεῖαν ἔχον τὴν βᾶσιν μικραῖς ὀ- παῖς διατετρονημένην, ὅπερ ὕδρᾶραγα καλοῦσιν. ἀπο- λυθέντος γὰρ εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ ἀγγείου, τοῦ ἄνωθεν στομίου ἐπιπωματισθέντος, οὐκ εἰσέρχεται ὕδωρ διὰ τῶν ὀπῶν, διὰ τὸ ἅμα ὅλον τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα ἀντέχειν</p>	<p>Κλειψύδρα δὲ ἔστιν ἀγ- γεῖον στενόστομον πλατυ- τέραν ἔχον βᾶσιν, μικραῖς ὀπαῖς κατατετρονημένον, ὃ νῦν ἄραραγα καλοῦσι. κα- θιεμένου εἰς ὕδωρ τοῦ ἀγ- γείου, ἐπιληφθέντος τοῦ ἄνω στομίου, οὐκ εἰσείσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν ὀπῶν, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ ἀντερεῖδειν τῆ ὕδα-</p>
--	--

5) Lege διὰ τὸ.

Editio Veneta. Codex Taurinensis.

τῷ ὕδατι, καὶ κωλύειν τὴν τι, κωλύειν⁶⁾ τὴν ἄνω πάρο-
ἐπὶ τὸ ἄνω πάροδον αὐτοῦ, οδον αὐτοῦ, τῷ μὴ ἔχειν
τῷ μὴ ἔχειν δι' οὐκ ἂν αὐτὸς ὅπου αὐτὸς μετασταίῃ· ἀ-
διέλθῃ· ἀφαιρεθέντος δὲ φαιρεθέντος δὲ τοῦ ἐπιλη-
τοῦ ἐπιποματιζόντος τῷ φότος τὸ ἄνω στόμιον, εἰς-
στόματι ἄνωθεν, εἰσέρχεται εἰσι τὸ ὕδωρ, τοῦ αἵρος
τὸ ὕδωρ, τοῦ αἵρος ὑποχω- ὑπεξισταμένου αὐτῷ. καὶ
ρουντος αὐτῷ. καὶ κατα κατα τοῦτο οὖν ἔοικε τὸ
τοῦτο οὖν δοκεῖ τὸ παρά- παράδειγμα, τοῦ μὲν ὕδα-
δειγμα, τοῦ μὲν ὕδατος ανα- τος ἀνάλογον τῇ γῆ ἢ λη-
λόγως εἰλημμένου τῆ γῆ μὴ φθέντος τῆ μὴ χωροῦσῃ διὰ
χωροῦσῃ διὰ τοῦ ὑποκειμέ- τοῦ ὑποκειμένου αἵρος, τοῦ
νου αἵρος, τοῦ δὲ ἐν τῇ κλε- δὲ ἐν τῇ κλειψύδρα ἀναλο-
ψύδρα αἵρος ἀναλόγως ἔ- γούντος τῷ ὑποκειμένῳ τῇ
χόντος τῷ ὑποκειμένῳ τῇ γῆ αἴρι, καὶ ἀντεροῖδοντι
γῆ αἴρι πρὸς αὐτήν. ἀλλὰ πρὸς αὐτήν. ἀλλὰ καὶ πλη-
καὶ τῆς κλειψύδρας πληρω- ρωθείσης τῆς κλειψύδρας
θείσης ὕδατος, εἰ ἐπιπομα- ὕδατος, ἐὰν ἐπιβάλλῃ τις
τίσει τις τὸ στόμιον ἄνωθεν, τὸ ἄνω στόμιον, ὡς μὴ εἰς-
ὥστε μὴ εἰσέρχεται, οὐκ ἰέναι; οὐκ ἔκρεῖ διὰ τῶν
ἐκρέει διὰ τῶν ὁπῶν τὸ ὕ- ὁπῶν τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ κενὸν
δωρ, ὡς μὴ μένειν τὸ ἀγ- μείνη τὸ ἄγρος, μὴ εἰσιόν-
γεῖον κενὸν, μὴ εἰσερχομέ- τος αἵρος, μήτε διὰ τοῦ
νον τοῦ αἵρος, οὔτε διὰ τοῦ ἄνω στομίον ἀπειλημμένου
ἄνωθεν στομίον τοῦ ἐπιπο- ὄντος, μήτε διὰ τῶν κάτω
ματιζομένου, οὔτε διὰ τῶν ὁπῶν τὴν διόδον τοῦ ὕδα-
κατωθεν ὁπῶν διόδον τοῦ τος ἔχουσῶν δι' ὅλου τοῦ
ὕδατος ἔχουσῶν κατὰ πᾶσαν ἑαυτῶν ἀνοίγματος.
ῥήξιν ἑαυτῶν.

Alterum sit ex fol. 6. b. Editionis Venetae, ex
Codice vero fol. 10. b., ubi quemdam Aristotelis κα-
τήγορον carpit.

6) Lege καὶ κωλύειν.

Editio Veneta.

Codex Taurinensis.

Τῶν νέων δέ τις δόξης ὡς δοκεῖ θηρευτῆς, ἐνστάσεις τινὰς τοῦ Ξενάρχου ὑπελθῶν, καὶ τινὰς ἐτέρας τοιαύτας προσεταιρισάμενος, τοῦ Ἀριστοτέλους κατήγορος ἀνεφάνη, τὸν μὲν σκοπὸν ἅπαντα ἐνστησάμενος, ὡς φησιν, ἀποδείξει τὸν κόσμον φθαρτὸν, ὡσπερ ἄθλόν τι μέγα παρὰ τοῦ κτίστου ληψόμενος, εἰ κτίστην αὐτὸν μόνων τῶν φθαρτῶν ἀποδείξει, καὶ οὐδενὸς ἀφθάρτου. διὰ δὲ ταύτην τὴν ἔφεσιν τοῖς ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐνταῦθα λεγομένοις ἀντιλέγειν ἐπιχειροῦσι διὰ μακρῶν βιβλίων, ἐλπίζων οὐ μόνον τῷ πλήθει τοὺς ἀναισθήτους ἐκπλήξειν, ἀλλ' ὡς οἴμαι πλείστοις ἀποστρέφων καὶ μάλιστα τοὺς πεπαιδευμένους ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν τοσοῦτων λήρων· ὡς ἂν ἀνεξέταστα μένοντα τὰ ἐν τοσοῦτοις γραφέντα χάριται, ἐκ τοῦ ἀντιλέγειν μόνον πρὸς τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν, σοφίας ἀντιποιήσεται τῷ συγγραφεῖ. ἐγὼ δὲ οἶδα τὰς τοιαύτας προπετείας, ὡσπερ τοὺς καλου-

Τῶν δέ τις ἐφ' ἡμῶν δόξης ὡς ἔοικε θηρατῆς, τῶν τοῦ Ξενάρχου τινὰς ἐνστάσεις ὑποβαλλόμενος, καὶ ἄλλας τοιαύτας ἀθροίσας, κατήγορος ἀνέδν τοῦ Ἀριστοτέλους· σκοπὸν μὲν τὸν ὅλον ἐνιστάμενος, ὡς φησι, φθαρτὸν ἀποδείξει τὸν κόσμον, ὡς ἔπαθλόν τι μέγα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ληψόμενος, εἰ φθαρτῶν μόνων αὐτὸν ἀποδείξει δημιουργόν, μηδενὸς δὲ ἀφθάρτου. διὰ ταύτην δὲ τὴν προθυμίαν τοῖς ἐνταῦθα λεγομένοις ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντιλέγειν προτίθεται διὰ πολυστίγων βιβλίων, οὐ μόνον τῷ πλήθει καταπλήττειν ἐλπίσας τοὺς ἀνόητους, ἀλλὰ καὶ ἀποτρέπων οἴμαι τοὺς πλείστους, καὶ μάλιστα τοὺς καθαριωτέρους τῆς τῶν διωλυγίων φληνάφων ἐντευξέως· ὥστε ἀνεπίκριτα μέιναντα τὰ γραφέντα, ἐκ τοῦ πρὸς Ἀριστοτέλους μόνον ἀντειπεῖν τοσαύτας σελίδας, δόξαν σοφίας παρασχέσθαι τῷ γράφοντι. ἐγὼ δὲ οἶδα τὰ τοιαῦτα τῶν τολημημάτων, ὡσπερ τοὺς Ἀδώνιδος κα-

Editio Veneta. Codex Taurinensis.

μένους Ἀδώνιδος κήπους ἀν- λουμένους κήπους ἀνθρῆν
 θεῖν παρὰ τοῖς ἀναισθη- παρὰ τοῖς ἀνοήτοις δόξαν-
 τοις, καὶ νομισθεῖσας εἶναι τας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις
 τι ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀπο- ἀποσβεσθέντα κ. τ. λ.
 σβέσθαι κ. τ. λ.

In eundem modum sequentia promiscue, vt omnia, alternis pene verbis discrepant, a quibus describendis abstinco alia plura infra recitaturus. Ergone secundo atque iterum opus suum recensuit Simplicius? An mala quaedam manus eo vsque grassata est, vt tam horride cuncta deprauauerit? Paucis rem aperiam, faciamque, ni maxime fallor, indubiam.

Cum extaret versio quaedam antiqua commentarii Simplicii in Aristotelem de Caelo a Guillelmo de Moërbeka saeculo XIII. factitata, horrida illa et adstricta, foedissima stili barbarie latine graecissans, cuiusmodi Aristotelis, Clementis, Irenaei conuersiones latinae feruntur; Graeculus quidam quaesitus forte de graeco textu huiusce commentarii describendo, postquam graece scriptum nusquam inuenisset, pacta mercede, vt lit, codices cauponari solitum sollicitante, graecam iterum nullo negotio fecit ineptam Moërbekae versionem 7). Germanus Simplicii textus in Taurinensi codice extat, Veneta editio Simplicium a Graeculo recoctum sistit. In quam potissimum sententiam hae obseruationes me duxerunt, quas datis documentis communicare fusius liceat, ne vana tibi super re tanta effundere videar.

7) Versio Moërbekae edita fuit Venetiis fol. anno MDXL.; at quum hanc habere hucusque non licuerit, vtor alia editione anni MDLXIII. ibidem fol. Haec etsi dicatur in fronte nouiter fere de integro interpretata, ac cum fidelissimis codicibus graecis recens collata, tamen quam pa-

I. Clarorum virorum testimonia in Simplicio Veneto passim obuia, si cum vulgatis cuiusque auctoris editionibus conferantur, quae sunt prosaica oratione scripta, verbis tenus discrepare deprehenduntur, quae metrica, ea inculta prosa referuntur, vt, numero soluto, ne disiecti quidem membra poëtae agnoueris. Contra vero Taurinensis codex cum sinceris singulorum auctorum editionibus semper concinit. Memor eorum, quae supra adnotabam, discrimina maiora vel minora esse, quo argumentum propius longiusue abest ab ea materia, in qua voces assignatae sunt et consecratae, sequentia exempla legas velim.

Folio 162. editionis, codicis vero 406. locus habetur ex Timaeo Platonis tom. IX. pag. 369. edit. Bipont. non eodem modo relatus.

Editio Veneta.

Codex Taurinensis.

Πρῶτον μὲν οὖν εἰ τὸ πῦρ Προῶτον μὲν οὖν ἢ πῦρ
 θερμοὺν λέγομεν 8), ἴδωμεν θερμοὺν λέγομεν, ἴδωμεν οὐ-
 οὔτω σζεπτόμενοι, τὴν διά- τως σκοποῦντες α), τὴν διά-
 κρισιν καὶ τὴν τμησιν αὐ- κρισιν καὶ τομὴν αὐτοῦ

rum promissis editor steterit, vel ex eo licet agnoscere, quod postremi duo libri eduntur ex *Guilielmo Moerbeto Do Interprete*. Priores duos, licet nusquam appareat nomen interpretis, a versione Moërbekae penitus fuisse desumptos, tum ex barbarica scriptura, tum ex pari interpretandi modo plane iudico. Ex collatione vero cum graecis codicibus illud tantum accessisse autumo, quod variis in locis, quae Moërbeka omiserat, restituta fuerunt, quemadmodum diligenter adnotatur in margine. Quare nihili ducens tanti promissoris hiatum, editionem anni MDLXIII. tamquam veram Moërbekae versionem citabo.

8) Moërbeka p. 231. sic α) In Edit. Bipont. ὧδε σκο-
 vertebat: *si ignem calidum ποῦντες.*
dicimus, lecto εἰ pro ἦ.

Edictio Veneta. Codex Taurinensis.

τοῦ περὶ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον γινομένην νοοῦντες. ὅτι μὲν γὰρ τῇ ὀξύτητι τὸ πάθος 9) πάντες σχεδὸν αἰσθανόμεθα. τὴν δὲ λεπτότητα τῶν πλευρῶν, καὶ τὴν τῶν γωνιῶν ὀξύτητα, καὶ τὴν σμικρομέρεια, ὡς πρὸς ἄλλα δηλονότι 10), καὶ τοῦ πλευροῦ τὸ τάχος, οἷς ἀπασιν ισχυρὸν ὑπάρχον καὶ τέμνον ὀξέως προσπίπτον αἰεὶ τέμνει, λογιστέον ἀναμιμνησκομένοις τὴν τοῦ σχήματος αὐτοῦ γένεσιν, ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη τις φύσις ἢ διακρίνουσα τὰ ἡμέτερα κατὰ μικρὸν σώματα διαχοῦσα· τοῦτ' ὅπερ νῦν θερομὸν λέγομεν καὶ εἰκότως τὸ πάθος καὶ

περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γινομένην β) ἐννοηθέντες. ὅτι μὲν γὰρ ὀξύ τι τὸ πάθος, πάντες σχεδὸν αἰσθανόμεθα. τὴν δὲ λεπτότητα τῶν πλευρῶν καὶ γωνιῶν ὀξύτητα γ), τῶν τε μοριῶν σμικρότητα, καὶ τῆς φορᾶς τάχος, οἷς πᾶσι σφοδρὸν ὄν καὶ τομὸν ὀξέως δ) καὶ προστυχὸν αἰεὶ τέμνει, λογιστέον ἀναμιμνησκομένοις τὴν τοῦ σχήματος αὐτοῦ γένεσιν, ὅτι μάλιστα ἐκείνη καὶ οὐκ ἄλλη φύσις διακρίνουσα ἡμῶν κατὰ σμικρὰ τε τὰ σώματα κερματίζουσα, τοῦτο ὃ νῦν θερομὸν λέγομεν εἰκότως τὸ πάθημα καὶ τοῦνομα παρέσχεν. Τὸ δὲ ἐναντίον τούτῳ κατὰδηλον μὲν,

9) Idem sic: quod quidem acuitate passionis omnes fere sentimus.

10) De verbo ad verbum ex his Moërbekae: „partium-que paruitatem, vt ad aliam, videlicet et lationis celeritatem, quibus omnibus validus existens et secans acute occurrens semper secat“.

β) In eadem γινομένην.

γ) In eadem τὴν δὲ λεπτότητα τῶν γωνιῶν, καὶ πλευρῶν ὀξύτητα. Iam si ex duabus alterutra esset eligenda, lectionem codicis vtpote commodiorem antetulerim. In triangulo enim latera exilia et anguli acuti esse possunt, at quis dixerit latera acuta, angulos exiles? Ita etiam Moërbeka in suo Simplicio legebat.

δ) In edito τομὸν, ὀξέως

Editio Veneta. Codex Taurinensis.

τὸ ὄνομα ἔλαβεν. Τούναν-
 τιον δὲ ¹¹⁾ τούτω φανερόν
 εὐθύς ¹²⁾, πλὴν οὐδὲν λεί-
 πεται ὡς ἐν λόγῳ. ὅσα γὰρ
 δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν
 τὰ μεγαλομερέστερα εἰσερ-
 χόμενα, τὰ μικρομερέστερα
 ἐξωθούντα, εἰς τὰς ἐκείνων
 ἔδρας μὴ δυνάμενα εἰσελ-
 θεῖν, συνωθούντα τὸ ἡμῶν
 ἰσχυρότερον ¹³⁾, τὸ ἐκ τοῦ
 ἀνωμαλοῦς καὶ κινουμένου
 ἀκίνητον δι' ὀμαλίαν καὶ
 συνώθησιν ἐνεργοῦντα συμ-
 πιλοῦσι. τὸ δὲ παρὰ φύσιν
 συναγόμενον μάχεται τῷ
 κατὰ φύσιν ¹⁴⁾, αὐτὸ εἰς τὸ
 ἐναντίον προωθῶν, τῇ μά-
 χῃ δὴ καὶ τῷ σεισμῷ τούτω
 τρόμος καὶ φοβικὴ ἐπίκειται,
 ψυχρόν τε τὸ πάθος τοῦτο
 πᾶν, καὶ δρῶν αὐτὸ ὄνομα.

ὅμως δὲ μηδὲν ἐπιδέξῃ ἔστω
 λόγον· τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ
 τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομε-
 ρέστερα εἰσιόντα, τὰ συμ-
 κρομερέστερα *) ἐξωθούν-
 τα, εἰς τὰς ἐκείνων οὐ
 δυνάμενα ἔδρας ἐνδύναται,
 ξυνωθούντα ἡμῶν τὸ νο-
 τερόν, ἐξ ἀνωμάλου κει-
 νημένου τε ἀκίνητον δι'
 ὀμαλότητα καὶ τὴν ξύνω-
 σιν ἀπεργαζόμενα πῆγνυ-
 σι· τὸ δὲ παρὰ φύσιν
 ξυναγόμενον μάχεται κατὰ
 φύσιν αὐτὸ αὐτῷ εἰς τού-
 ναντίον ἀπωθῶν· τῇ δὲ
 μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τού-
 τῳ τρόμος καὶ ῥίγος ἐτέ-
 θη, ψυχρόν τε τὸ πάθος
 ἅπαν τοῦτο, καὶ τὸ δρῶν
 αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα.

11) Haec, quae in Plato-
 nis editionibus proxime se-
 quuntur, habentur in edito
 fol. 163., in codice fol. 409.
 a. b.

12) Moërbeka pag. 232.
*manifestum mox attamen ni-
 hil deficiens sit in sermone.*

13) Idem: nostri robustius.

14) Idem: oppugnat secun-
 dum naturam ipsum ad con-
 trarium propellens.

τὸ προστυχόν: nempe melius
 in codice, aduerbia enim
 ὀξέως et αἰεὶ diuiduntur.

*) Ibidem *σμικρότερα*.

Pariter fol. 71. b. Venetae editionis, et fol. 195. codicis, ita laudatur locus ex Politico Platonis pag. 57. tom. VI. praed. edit.

Editio Veneta. Codex Taurinensis.

Ὁ μὲν κυβερνήτης 15), οἷον ἀφροδύτων τοῦ πηδαλίου, εἰς τὴν οἰκείαν περιστροφὴν ἐπάνεισι. τούτου δὴ τὸν κόσμον αὐτὸς περιστρέφει γινόμενον ἢ φυσικὴ ὄρεξις. ἔπειτα προῖών φησι μεταβαλὼν δὲ προσπίπτων τῇ ἀρχῇ καὶ τῷ τέλει ἐναντίαν ὄρεξιν τῇ ὀρέξει στήσιν πολλὴν ἐν αὐτῷ ποιῶν, ἄλλην αὐτὸς σύνταξιν ζῶων παντοδαπῶν ἀπετέλεσεν. καὶ προῖών αὐτὸς· τούτων δ' αὐτῶν ἢ σωματότης αἵτιον τῆς κράσεως τῆς πρώτης φύσεως ἀντιστρεπτικῆ, ὅτι μετέχων ἦν πολλῆς ἀταξίας, πρὶν ἢ εἰς τὸ νῦν ἀφικέσθαι κόσμον. ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς συνθέσεως πάντα τάγαθὰ κατεσκεύασται,

Ὁ μὲν κυβερνήτης οἷον πηδαλίων οἶακος ἀφόμενος εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέστη. τὸν δὲ δὴ κόσμον πάλιν ἀνέστρεφεν εἰμαρμένη τε καὶ ξύμυρτος ἐπιθυμία. εἶτα προσελθὼν φησι, ὅτι καὶ μεταστρεφόμενος ξυλλαβῶν 5) ἀρχῆς τε καὶ τελευτῆς ἐναντιαν ὀρμὴν 6), σεισμὸν πολλὸν ἐν αὐτῷ ποιῶν, ἄλλην αὐ φθορὰν ζῶων παντοίων ἀπειργάσατο. καὶ προσελθὼν πάλιν· τούτων δὲ αὐτῷ 7) τὸ σωματοειδὲς τῆς συγκράσεως αἵτιον, τὸ τῆς πάλα ποτὲ φύσεως σύντροφον 8). ὅτι πολλῆς ἦν μέτοχον ἀταξίας, πρὶν εἰς τὸν νῦν κόσμον ἀφικέσθαι. περὶ μὲν τοῦ ξυνθέντος 9) πάντα κα-

15) Quum Moërbeka in his vertendis non vna vice peccauerit, satius duco integrum ipsius subiicere locum ex pag. 106. „Gubernator quidem „velut dimisso gubernaculo „in propriam circumuolutationem redit, hunc itaque „mundum rursum conuertit

ζ) Ibid. καὶ συμβάλλον.

η) Ibid. ὀρμηθεῖς loco ὀρμῆ.

θ) Ibid. αὐτῷ.

ι) Ibid. ξύντροφον.

κ) Ibid. παρὰ μὲν τοῦ συνθέντος.

Editio Veneta.

Codex Taurinensis.

ὑπὸ δὲ τῆς προτέρας ἕξεως ὅποσα δύσκολα καὶ ἄδικα ἐν τῷ οὐρανῷ γίνεται, ταῦτα ἐξ ἐκείνης αὐτός τε ἔχει, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀποτελεῖται.

λά κέκτηται λ), παρὰ δὲ τῆς ἔμπροσθεν ἕξεως, ὅσα χαλεπὰ καὶ ἄδικα ἐν οὐρανῷ γίνεται, ταῦτα ἐξ ἐκείνης αὐτῆς τε ἔχει μ), καὶ τοῖς ζώοις ἐναπεργάζεται.

Haec de Platone; eadem et Aristotelem passum fuisse, proxima te monebunt exempla. Fol. 58. b. textus Aldini, codicis vero 108. b. ex libro II. de general. et corrupt. edit. Du-Vallii tom. I. pag. 517. haec laudantur.

Editio Veneta.

Codex Taurinensis.

Τεσσάρων δὲ ὑπαρχόντων τῶν ἀπλῶν σωμαίων, ἑκάτερα τῶν δύο ἐκατέρου τῶν πρώτων εἰσί. τὸ μὲν γὰρ πῦρ καὶ ὁ ἀήρ τοῦ φερομένου ἐπὶ τὸ πέρασ· ἡ δὲ γῆ καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ ἐπὶ τὸ μέσον· καὶ ἔσχατα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα ἡ γῆ καὶ τὸ πῦρ· μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον τὸ ὕδωρ καὶ ὁ ἀήρ, καὶ ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναν-

ῶντων δὲ τεσσάρων τῶν ἀπλῶν σωμαίων, ἑκάτερα τοῖν δυοῖν, ἑκάτερα τῶν πρώτων εἰσί. πῦρ μὲν οὖν ν) καὶ ἀήρ, τοῦ πρὸς τὸν ὄρον φερομένου· γῆ δὲ καὶ ὕδωρ, τοῦ πρὸς τὸ μέσον· καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα γῆ καὶ πῦρ ξ)· μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ, ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναντία ο). πυρὶ μὲν

„factum [calami lapsus pro „*fatum*] naturalis appetitus. „Deinde procedens ait: trans- „mutatus autem concidens „principio et fini contrarium „impetum impetuiseditionem „multam in ipso faciens, ali- „am iterum corruptionem „animalium omnimodorum „effecit. Et procedens iterum

λ) Ibid. κέκληται erronee.

μ) Ibid. αὐτός τε ἔχει.

ν) In editio ἑκάτερον τοῖν δυοῖν ἐκατέρου τῶν τόπων εἰσί· πῦρ μὲν γὰρ καὶ.

ξ) Ibid. πῦρ καὶ γῆ.

ο) Ibid. καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις.

Editio Veneta. Codex Taurinensis.
*τία· τῷ μὲν πρὸς ἐναντίον γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ
 ἐστὶ τὸ ὕδωρ, τῷ δ' ἀέρι ἢ γῆ, ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναν-
 γῆ, ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναν- τίων παθημάτων συνέστη-
 τίων παθῶν συνίσταται. κεν.*

Liber de naturali auscult. cum alibi, tum fol.
 29. b. Veneti, et 84. Taurinensis citatur cap. VI.
 libri I. edit. Du-Vall. t. I. p. 321.

Editio Veneta. Codex Taurinensis.
*Καὶ Δημόκριτος τὸ στε- Καὶ δὴ π) Δημόκριτος
 ρεὸν καὶ κενὸν, ὧν τὸ μὲν στερεὸν καὶ κενὸν, ὧν τὸ
 ὄν, τὸ δὲ ὡς μὴ ὄν φησιν· μὲν ὄν, τὸ δὲ ὡς οὐκ ὄν φη-
 ἔτι τάξει, ὁσμῶν, διαθιγῆ· σιν ε)· ἔτι θέσει, σχήματι,
 τὰ δὲ γένη τῆς θέσεως τῶν τάξει· ταῦτα δὲ γένη ἐναν-
 ἐναντίων· ἄνω, κάτω· ἔμ- τίων· θέσεως σ) ἄνω, κάτω,
 προσθεν, ὀπισθεν· σχῆμα πρόσθεν, ὀπισθεν· σχήμα-
 δὲ γεγωνιωμένον, ἀγωνιον, τος γωνια, τὸ τ) εὐθύ, πε-
 ὀρθόν, κυκλοτερές. ριφερές.*

Nempe sententiae totidem, quibus auctores, sed di-
 versis inclusae verbis.

„ait: horum autem corporei-
 „tas est causa complexionis
 „pristinæ naturæ conuersi-
 „va, quia participans erat
 „multa inordinatione, ante-
 „quam ad mundum, qui nunc
 „est, perueniret. A composi-
 „tore enim omnia bona con-
 „structa sunt, a pristino au-
 „tem habitu quaecumque dil-
 „ficilia et iniusta in caelo
 „sunt, haec et ex illa ipse
 „habet, et in aliis animalibus
 „elliciuntur“.

π) Ibid. Καὶ Δημόκριτος.

ρ) Ibid. τὸ μὲν ὡς ὄν.....
 οὐκ ὄν εἶναι φησιν.

σ) Ibid. θέσει, et inferius
 σχήματι, sed in margine no-
 tatur θέσεως σχηματος.

τ) Ibid. γεγωνιωμένον, ἀ-
 γωνιον, εὐθύ.

Nunc de metricis, ex quibus primum commemorabo Homerum. Fol. 547. b. codicis Taurinensis habetur versus Homeri Il. v. 75. 76.

..... αἴτ' ἀρ' Ἀχιλλεὺς
Ἐκτορος ἄντα μάλιστα λιλάβετο v) δῦναι ὀμι-
λον.

quem cum Moërbeka sic latine dedisset pag. 196.

„Vt Achilles summo desiderio flagrauit cum
Hectore

„habere colloquium“.

Graeculus fol. 139. presse latinum secutus vertit:

ὡσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Ἐκτορος μάλιστα ἂν ἐπ-
εθύμει
εἰς ὀμιλίαν ἀφικέσθαι.

An, quaeso,

Dicta recognosces veteris mutata poëtae?

Item fol. 243. codicis hi versus leguntur Il. μ. 239.
240.

Ἐἴτ' ἐπὶ δεξιὰ πρὸς ἠῶτις ἡέλιόν τε φ)
Ἐἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποσὶ ζ) ζόφον ἡερόεντα.

Moërbeka pag. 136.

Si a dextra ad ortum reuoluuntur,

Sine a sinistra ad occasum referuntur.

Huic adhaerens Graeculus fol. 95. b.

Ἐἴτε ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἐπὶ τὴν ἀνατολήν περιστρέ-
φονται,
Ἐἴτε ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ ἐπὶ τὸν ζόφον ἀναρέ-
ρονται.

Tum codicis fol. 521. occurrit versus Il. v. 572.

v) Corrige λιλαίετο.

φ) Corrige δέξι' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ'.

ζ) Emenda ποτὶ.

καὶ Ὅμηρος
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίη δήσαντες ἄγουσιν.
quem sic a Moërbeka conuersum pag. 181.

et Homerus

Illasibus, id est ligamentis, non violentia vi
ligantes ducunt.

Graeculus perquam religiose verbum de verbo ita
expressum extulit fol. 125. b.

καὶ ὁμοσ 16)

Ἰλλασιῶσις, τουτέστι δεσμοῖς, οὐ βίᾳ δεσμοῦν-
τες ἄγουσιν.

Atque de Homero hactenus; vt idem etiam de
Hesiodo et Apollonio euincam. Codicis fol. 546. b.
laudatur versus 116. Theog.

Ἦτοι μὲν πρότιστα χάος ἐγένετο 17).

In edito fol. 159., metro soluto,

πρῶτον μὲν χάος ἐξεγένετο.

Pariter Apollonius fol. 321. codicis laudatus Argon.
I. 129.

Δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεσείσατο νό-
των 18).

a Moërbeka primum male habitus pag. 181.

16) Erratum editionis pro Ὅμηρος, quod fraudi fuit
Fabricio indicem scriptorum in Simplicium de Caelo con-
textenti.

17) Corrige γένετο.

18) In editionibus legitur ἀπεσείσατο νότων. Omnium
primus Simplicius ἀπεσείσατο dedit haud contemnenda
lectione. Si enim, vt ait Scholiastes, διὰ τοῦ ἀπεσείσατο
τοῦ βασταζοντος ἐπιδείκνυται ἡ δυναμὶς, ὅτι εὐχερῶς,
quanto melius vox ἀπεσείσατο inuictissimi Herculis Ery-
manthium aprum gestantis, atque in Mycenensium foro ab
humeris non deponentis tantum, sed leuiter excutientis
viuidum robur, viresque valentes notat?

Vinculis illominum, i. e. alligatum, magnorum dorsorum depulit.
dein a Graeculo prorsus necatur fol. 125. b.

*Δεισμοῖς ἰλλόμενον, τουτέστιν ἐνδεδεμένον τῶν
μεγάλων
νότων ἐξέωσε.*

Quae quum ita sint, fide maius est, Simplicium, qui in ceteris commentariis in Aristotelem, cum de Categoriis, tum de Physico auditu, et de Anima religiose semper veterum scriptorum loca laudavit, in hoc solummodo de Caelo et Mundo ita otio indulsisse, ut ea sensu dumtaxat, non integris etiam verbis subiiceret; aut, subito casu, tum suae, tum amicorum bibliothecae talem fecisse iacturam, ut ne unum quidem Platonis, Aristotelis, Homeri exemplar, quo uteretur, haberet. Quod si cui magis placuerit, memoriter semper veterum philosophorum scripta a Simplicio fuisse prolata, tecum, mi Didy-me, licebit primo illud tenacissimae memoriae portentum suspicere, quanta neque Simonidem, aut Themistoclem viguisse fama fert; in ea enim auctorum supra triginta libri omnes insident, quin ne minima quidem incisa, cola, praepositiones, ad haec articuli, coniuunctiones, earumque situs effugerint, voces tamen ipsas prorsus excidisse mirabimur. Licebit subinde hominis impudentiam ridere, qui, post adeo herculeum laborem, singulorum scriptorum vocabula memoriae suae affigere detrectavit, sane ratus, se *rudem vetustatem scribendi arte superaturum*, divinum Platonem imprimis, Homerum, ne Empedoclem dicam, ceterosque egregios poetas. Iam cum in ceteris libris Simplicius se oppido sanum exhibeat, non video, cur in hoc commentario eo usque insanisse dicendus sit, ut per malam libidinem cum praeis optimisque scriptoribus certare voluerit. Verum ab

hac impudentiae nota abunde cum purgat Taurinensis codex loca omnia summa integritate referens, quem ideo genuinum Simplicii textum apparere confido.

At errabam, dum nuper dicebam, omnes clarorum virorum locos a Simplicio Veneto passim commemoratos praepostere legi. Textus enim Aristotelis de Caelo cuique commentarii parti praepositus summa semper fide exhibetur, quod ideo a Graeculo factum suspicor, ne continuo insignis ad oculos legentium fraus esset. Ceterum ridendum se propinat, quoties verba Aristotelis de Caelo in sequentibus commentariis iterum citata, ne tantam sibi crearet molestiam abs se exarata repetendi, de suo graeca facit. Exemplum sit ex fol. 157. b. Veneti, vbi haec leguntur Aristotelis de Caelo:

ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη σχεδὸν ἡ πλείστη τυγχάνει περὶ σώματα καὶ τὰ μεγέθη τούτων οὐσα πάθη καὶ κινήσεις.

quae sic fol. 2. Graeculus textum Aristotelis exscribens commentarioque praeponeus apposite ad codices referebat:

ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη σχεδὸν ἡ πλείστη φαίνεται περὶ τε σώματα καὶ μεγέθη, καὶ τὰ τούτων οὐσα πάθη καὶ τὰς κινήσεις.

Si causam quaeras varietatum lectionis, ex Moërbeka habebis, qui pag. 194. conuerterat:

„quae de natura scientia fere plurima existit
„circa corpora et magnitudines horum existi-
„stentes passionis et motus“.

Vel dum fol. 150. haec citat Aristotelis, *πρῶτον μὲν οὖν καὶ τούτοις ἀμάρτημα*, quae eadem folio verso proponens textum Aristotelis sic recte scribit, *πρῶτον μὲν οὖν ταὐτὸ καὶ τούτοις ἀμάρτημα*. Scilicet omi-

serat τὰυτό deceptus a Moërbeka pag. 125. vertente *primum quidem igitur et his peccatum.* Vtrobique codex Taurinensis sibi semper et cum sinceris editionibus constat.

II. Quoties Moërbeka ob proximam earundem vocum iterationem, quae interiacent, lineas in versione praetermittit, vel ob affinem verborum sonum novam inducit lectionem, vel denique perspicuitatem captans latius exspatiatur, toties editus Aldinus ipsissimas et omittit lineas, et innouat lectiones, additionesque recipit.

Parium omissionum haec habe exempla. Ex quibus eas solum elegi, quas liquido constat natas e fraude, quam eadem voces breue intra spatium iterato venientes Moërbekae fecerunt; alias atque alias ceteroquin allaturus, ni ad singulas commentatione opus esset, qua non additamenta Taurinensis codicis, sed Moërbekae oscitantis omissiones esse demonstrarem.

Codex Taurin. Moërbeka pag. Edit. Veneta
fol. 342. b. 194. fol. 137. b.

<p>Ἐπειδὴ δὲ οὐσίαι καὶ ὑπὲρ φύσιν εἶσιν, εἰκότως διακρίνει διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, τίνες αἱ φυσικαὶ οὐσίαι, [ὅτι αἱ σωματικαί, καὶ γὰρ ὑπὲρ φύσιν ἄσώματοι· ὥστε ὅτε ἔλεγε, τῶν φύσει λε- γομένων τὰ μὲν εἶσιν] οὐσίαι, τὰς σωματι- κὰς ἔλεγεν οὐσίας. διὸ τούτῳ ἡγουμένῳ ἤκο- λούθει τὸ ἐπόμενον κ. τ. λ.</p>	<p>Quum autem substantiae et su- pra naturam sunt, merito discernit per illationem se- quentium verbo- rum, quae sint na- turales substan- tiae, corporeas dixit substantias, propter quod ex hoc antecedente sequitur conse- quens etc.</p>	<p>Ἐπεὶ δὲ οὐσίαι καὶ ὑπὲρ φύσιν εἶσιν, εἰκότως δια- κρίνει διὰ τῆς ἐπ- αγωγῆς, τίνες εἰ- σὶ φυσικαὶ οὐσίαι. ἅς σωματικὰς ἐφη- οὐσίας· δι' ὃ τῷ τοιούτῳ ἡγουμέ- νῳ ἐπεται τὸ ἐπό- μενον κ. τ. λ.</p>
---	--	--

Omissa a Moërbeka vncinis clausi, quo facilius pateat, quid eum fefellerit. Pariter

Codex Taur. fol. Moërbeka pag. Edit. Veneta
343. 194. fol. 137. b.

<p>Κἄν εἰς τὰ σώματα καὶ ταῦτα ἀναφέρεται, ἢ ὅτι αἱ φυσικαὶ οὐσίαι οὐχ ἀπλῶς εἰσὶ σώματα, ἀλλ' ἢ μετὰ σωμάτων, [ὡς αὐτὸς ἐπιγυγαν· ὥστε εἴη ἂν ἡ πλείστη περὶ τὰ σώματα, εἴπερ καὶ ψυχὰι τινὲς οὐσίαι φυσικαὶ, οὐ σώματα. ὅτι δὲ αἱ φυσικαὶ οὐσίαι] ἢ σώματα ἢ μετὰ σωμάτων γίνονται κατὰ τῆς ψυχῆς πρὸς σῶμα κοινωνίαν κ. τ. λ.</p>	<p>Et si ad corpora haec reducantur, aut quia naturales substantiae non simpliciter sunt corpora, aut cum corporibus fiunt secundum communionem animae ad corpus etc.</p>	<p>Καὶ εἰ ἐπὶ τὰ σώματα ταῦτα ἀναγεται, ἢ ὅτι αἱ φυσικαὶ οὐσίαι οὐχ ἀπλῶς εἰσὶ σώματα, ἀλλ' ἢ μετὰ σωμάτων γίνονται κατὰ σύξυξιν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα κ. τ. λ.</p>
--	---	--

Tum

Codex Taur. fol. Moërbeka pag. Edit. Veneta
414. b. 235. fol. 165. b.

<p>Τὸ ἕτερον δ᾿αίττον τοῦ ἑτέρου ἄνω φέρεται κατὰ φύσιν, [βαρύτερον δὲ, ὅταν βαρὺς ἀμφοῖν ἐχόντων καὶ ὄγκον ἴσον, τὸ ἕτερον δ᾿αίττον φέρεται] κατὰ φύσιν. αὐτὸς δὲ κουφότερον ὡς πρὸς τὸ βαρύτερον κ. τ. λ.</p>	<p>Alterum citius altero sursum fertur secundum naturam. Ipse autem leuius tamquam ad grauius etc.</p>	<p>Θάτερον θατέρον ταχύτερον ἄνω φέρεται κατὰ φύσιν. αὐτὸς δὲ κουφότερον ὡς πρὸς τὸ βαρύτερον κ. τ. λ.</p>
---	--	--

Sic et comparari posset fol. 421. codicis cum Moërbeka 239. et edit. Veneta 168. b.; tum etiam cod. 549. b. cum Moërbeka 197. et edit. Venet. 139. b.;

ad haec cod. 352., Moërbek. 199., edit. Ven. 140. b. etc. etc.

Nouas omnes lectiones interpretationesque a nativo sensu alienas a Moërbeka innectas, atque a Graeculo fideliter translatas persequi, quippe infiniti esset operis, speciminis loco paucas subiiciam; vel eo maxime, quod superiora exempla documento esse possunt. Interdum a verborum sono deceptus, loco τοῦ ἐκ τῶν ἀπλῶν cod. fol. 417. cum legisset ἐκ τῶν αὐτῶν, dedit pag. 257. *omnia enim ex eisdem componi corpora*. Pariter cod. fol. 419. pro ἐπισκῆπτει, lecto ἐπισκῶπτει, vertit pag. 238. *deridet autem, Aristotele quidem in proposito textu aduersarios improbante, itemque refellente, deridente nunquam*. Editus vero Aldinus presso pede Moërbekae insistens, primo loco fol. 166. b. ἐκ τῶν αὐτῶν exhibet, secundo fol. 167. b. καταγελαῖ δέ. Interdum vtrum oculis male lippus, an mente obliuiosus legerit, nescio, supine id tamen. Veluti codicis fol. 381. b., vbi commentarii sic incipit initium: Ἱστορήσας τὴν δόξαν τῶν πυραμίδα τὸ πῦρ εἶναι λεγόντων ἐφεξῆς ἱστορεῖ τοὺς σῆμα μὲν κ. τ. λ., forte ipse vsus codice, a quo litterae initiales elegantiori ductu, vt fit, postea pingendae abessent, seu, cum extarent, hic littera longa ad latus inferius seposita esset, eaque exili tractu et minima

. cui quidem videt parum,

Verum qui satis videt, grandis satis,

lecto στορήσας, interpretatur pag. 217. „*Euersa opinione dicentium ignem esse pyramidem consequenter narrat eos etc*“. Graeculus eadem semper chorda oberrans fol. 152. b. dat: Ἀνατραπέσις τῆς δόξης τῶν λεγόντων τὸ πῦρ εἶναι πυραμίδα ἐφεξῆς ἐκτίθησι τοὺς σῶμα κ. τ. λ. Haec et huiusmodi passim sunt obuia, vt plura addere non vacet.

Consulto ea loca praetermisi, a quibus quia vel nobilior philologus parum cauisset, nihil mirum, si ab utroque fuisset erratum. Facile enim cuius praesensum est, quia duo caeci eandem ingressi viam difficilioribus in locis cadent, at in obuiis et planis utrumque semper lapsurum neque animo praesentiscimus, neque narranti credimus, ni mutuam sibi dedisse manum constet. Quum ergo allata loca ea sint, quae vix tirunculo negotium facessant, et textus uterque idem usque peccet, quiduis aliud potius in animum inducam, quam vnum ex altero recoctum non fuisse. Ceterum, ni hoc fiat, in sua veritate historica restituenda erit Aristaeae narratio, cellulae, mira inter disiunctos interpretes in verbis consensio, et quidquid est huiusmodi fabularum, quarum iamdudum fides abiit.

Quid plura? Errata, quae Moërbekae versionem suam oscitanter scribenti in calamus venerunt, totidem Graeculus in versione transfudit. Sic cum pag. 199. scripsisset *argumentorum*, manifesto calami lapsu, pro eo quod est in codice fol. 551. *τεχναιόρουα*, *argumentor*; Graeculus, indigne factum ratus vel tantillum a textu erroneo desciscere, τῶν δ' ἐπιχειρημάτων dedit fol. 140. b. Haud absimili ratione folio 375. codicis eadem verba leguntur, εἰπὼν [ὁ Ἀριστοτέλης] δὲ ὅτι ὡς οὐδὲ ἕτεροὶ τινες λέγουσιν εὐλόγα τὰ συμβαίνοντα, quae Aristoteles in praemisso textu habebat, nempe ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὡς ἕτεροὶ τινες λέγουσιν εὐλόγα τὰ συμβαίνοντα; Moerbeka, dum totus erat in optimo interpretandi genere, humani a passus scribit „cum dixisset autem, quod neque ut alterari quidam dicunt rationabilia quae accidunt,“ quivis ut intelligat, τὸ alterari erratum esse tumultuariæ scriptionis pro alteri. Quid vero Graeculus? Syllabas ipse aucupatus est fol. 150.

lin. 17. εἰπὼν δ' ὅτι οὐδ' ὡς ἀλλοιοῦσθαι τινὲς φασιν
εὐλόγα τὰ συμβαίνοντα. Oh vtinam tantus Graeculus
pari sanctitate meliori in causa fuisset versatus!

Quae summa fides, κακοζηλίαν dixerim, quum
par fuerit in utroque interprete, hinc est, cur nulla
insignium additamentorum exempla suppeditet. Noli
igitur ampliores sententiarum ambitus, vel adiectos,
quibus auctoris mens efflorescat, ornatus, aut paullo
liberius interpretandi genus quaerere, vnde illustria
documenta abducas. Latini enim interpretes, uti mo-
nuerat Boileau, graeca verba latinis aliis sat notis re-
pendentes facile sese a difficilioribus locis citra ἀξυ-
σετίας notam expediunt, rati aequum lectorem, vbi
sensum non teneat, propriam magis quam ipsorum
inscitiam incusaturum. Quare si reputes, Moërbekae
difficilem vsque fuisse Simplicii textum, Graeculum
vero se tamquam aequissimum lectorem commisisse,
libenter me vnus longioris additamenti exemplo de-
functum fide liberabis. Cur enim minutulas quasque
additiones τῶν scilicet, nempe, id est etc. persequen-
do summo cum taedio te morer? Sed eccum.

Alius est finis libri primi in latina versione atque
in codice sit. Hic enim in ea verba desinit, καὶ τὴν
ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ καθ' αὐτὰ θεωρεῖν ἐπεχείρησε:
in illa aliae atque aliae insequuntur lineae, paginae
ferme dimidium. De his quid ex consideratione
postremae commentationis, nexusque additamenti
cum antecedentibus coniectura sim auguratus, ex-
ponam, quin tamen pro certo habeam.

Scilicet ea tum libri primi verba commentaba-
tur Simplicius, quae sunt in extremo: καὶ φρονικῶς
δὲ ἀδύνατον ἢ αἰδίου ὄν πρότερον φθαρῆναι
ὑστερον τὰ γὰρ φθαρτὰ καὶ γεννητὰ, καὶ ἀ-
λοιωτὰ πάντα. Quibus fuse explanatis, locum Ale-

xandri adducit Aristotelem atque Platonem haud sibi constitisse ideo arguentis, quod res creatas modo corruptioni obnoxias, modo incorruptibiles et sempiternas statuunt. Haec scilicet expendens Alexander contendit, corruptionem creatis rebus non contingentem, sed necessariam esse; aliter enim *ἐνεδέχεται ἂν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὶ τῶν φθαρτῶν μὴ φθαρῆναι*. Necessarium autem quod est, idem est *ἀπλῶς ἀδύνατον*, quod vero *ἀπλῶς ἀδύνατον*, illud *ὑπ' οὐδενὸς ἂν γένοιτο*: ita fit, vt nemo, ne Deus ipse quidem, res creatas a corruptione eximere possit. Neque mirari subit, persequitur Alexander, me Dei omnipotentiam circumscribere, cum Plato et Aristoteles eam quoque definierint, veluti quando Plato dixit¹⁹⁾: *ἀλλ' οὐτε ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν τῷ θεῷ*²⁰⁾, *οὐτε ἐν θεοῖς αὐτὰ ἰδρῦσθαι*. *τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης*: si enim Deo possibile, *τί ἂν πρὸ τούτου μᾶλλον ἐβουλήθη*? Itidem ergo hoc, quod *τῇ αὐτοῦ φύσει ἀδύνατον*, inter illa, quae Deus praestare nequit, recenseant. Eiusmodi fere est Alexandri locus; hunc subinde Simplicius illustrium duumvirorum sententiam et loca euoluens, refutat. Quem post ubi refutasset, commodissime finem commentando imposuisset, cum nihil ad rei integritatem desideretur. At in Moërbeka, sumta occasione ex Platonis loco commemorationeque malorum obiter iniecta, sat longum hac super quaestione assuitur additamentum, vtrum Deus potuerit atque debuerit mala tollere. Ea fuse in subsequentibus ita disputatur, vt plane animum significet hominis, cuius haud

19) In Theaeteto tom. II. pag. 121. edit. Bipont.

20) Sed in edito legitur ὡς Θεόδωρε pro eo quod in Codice est τῷ θεῷ.

parum ea quaestio intererat, quippe Manichaeos carpere gestientis. Etenim, praeterquam quod suturam prodant prima additamenti verba, *et illud etiam est studiositatis Alexandri indignum (vt existimo) dicere*, nonnullae ὁμοιῶς occurrunt, cuiusmodi *potentia Dei voluntate non est deficientior*, tum, *Deus est fons omnis bonitatis*, quae scholas sapiunt, hominemque contra Manichaeos certantem redolent. Supra caeteras haec illustrior: „et haec „dico aduersus Alexandrum non volentem duo „pricipia entium dicere, sed persuasum ab Aristotele „vnum principium ponere clamante: non bona est „pluralitas principatum“. Omni asseueratione affirmaueris haec fere secutura: Quid si mihi cum Manichaeis res esset, qui duo principia ponunt, adeoque sibi nimium fidentes in transuersum aguntur, vt ne Aristotelem quidem legant; si legerent enim, necdum affirmat, verum et clamat, vnicum esse principium. Eccc, quaeso, τὸ clamante, βωῶντος, Alexandro obiectum fuisset, qui nunquam Aristotelio clamori obsurduit, nisi alii aduersarii scriptoris menti obuersarentur?

Quae si vera sunt, nihil quicquam Simplicii intererat hanc refutare haeresim, vtpote Ethnicismo adeo addicti, vt, ne idola deserere cogeretur, Persidem apud Chosroam regem immigrauerit, Christianosque inde in suis hypomnematis saepe vellit. Ad haec neque erat his locus, vt quae Alexander obiter ex sententia Platonis dixerat fusa digressione perstringeret. Quare a Simplicio hoc additamentum abiudicauerim. Ex lectoribus vero Simplicii non nisi illi tribuendum videtur, cuius animus in Manichaeos ab eorum potissimum praesentia excitatus, tum a pessimis artibus, quibus opes suas augere satagebant, incensus, talis esset,

qui vel aliena scripta perlegens, occasionem nactus, commodumque proximae pagellae ob libri finem vacuae sese scriptis exhalaret. Atqui haec in neminem ante Moërbekae aetatem cadunt. Res enim Manichaeorum postquam saeculo VI. inclinare coepit, insequentis saeculo adscisa est, porroque mansit haud ulli invidiae insignis, donec saeculo XII. ementito Albigensium nomine in Gallia sese refecit. Turbulentissimas eas tum fuisse tempestates, Galliaeque prouincias ab haeresi Albigensium alias ferro laceratas, alias opinionum certaminibus vexatas, vniuersas maioribus minoribus motibus exercitas fuisse, norunt omnes. Hoc autem saeculo in Flandria natus, in Gallia quoque versabatur Moërbeka, religione Catholicus, vitae instituto Ecclesiasticus, itemque ordinis praedicatorum sodalis, studiis Ecclesiae bono consulens, dum graecos scriptores ad vsum D. Thomae Aquinatis latinos faceret, animo in Albigenses infenso, vt librum Procli de malorum subsistentia conuerteret: hunc propter opinionem litterarum Summus Pontifex in Concilio Lugdunensi adhibuit, ob egregie facta in collegium Cardinalium adlegit²¹⁾. Sic aetate, studiis, ceterisque concinentibus animus inclinatur, vt credam, a Moërbeka haec fuisse in extrema pagina libri primi latine adnotata (stilus enim idem est ac in superioribus), a Graeculo vero religiose, vt omnia, conuersa. Ceterum, vtrumque sit (neque enim pro rato habeo, neque hac causa laborare vellem), atque a quocumque demum hoc additamentum profectum, editio Veneta idem habet in fine libri primi graece versus, quod satis est, vt vtrumque parem atque vnum in adiectionibus affirmem.

21) Confer Echardum Script. Ord. Praedicator. tom. I. pag. 387.

Alius adhuc superesset locus, nempe collatio formae figuraeque dicendi inter editionem Venetam, ceteraque Simplicii scripta; verum cum haec subtilior, atque in re didascalica haud adeo conspicua, tum putauerim hucusque dicta satis rem fecisse indubiam, ut Empedoclis et Parmenidis loca ex nouo textu Taurinensi iam liceat proferre.

Probe meministi, spectatissime Didyme, me supra dixisse, nihil quicquam Guilelmo Sturzio ad eam quam edidit fragmentorum Empedoclis collectionem Simplicium Venetum profecisse, multumque frustrancae operae siue ab ipso, siue a Buttmanno in barbarica Simplicii prosa refigenda fuisse collocatum. Ut rem omnem tute ipse iudices, utramque versionem cum Taurinensi textu citationum Empedoclis subiiciam; sic etiam fiet, ut vel moroso cuique fraus omnis abunde approbetur.

Codex Taurinensis fol. 328.

Καὶ τάχα οὐδὲν κωλύει παραθέσθαι τινὰ τῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐπῶν τουτο δηλοῦντα·

Αὐτὰρ ἐγὼ παλινορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ἕμνων
Τὸν πρότερον κατέλεξα λόγῳ λόγον ὑποχρετων
Κεῖνον. ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἴκετο βένθος·

Δίνησιν δὲ μίση φιλότης στροφάλιγγι γένηται
5 Ἐν τῇ, ἣδὲ τάδε πάντα συνέρχεται ἐν μόνον εἶναι
Οὐκ ἄφορ' ἀλλ' ἐθέλημα συνιστάμεν' ἄλλοθεν
ἄλλα.

Τῶν δὲ τε μισγομένων χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν.
Πολλὰ δὲ ἅμα κατεστήκει κεραϊζομένοισιν
Ἐλλάξ· ὅσος ἔτι νεῖκος ἔρνε μετάρσιον· οὐ γὰρ
10 Ἀμφαφέως τὸ πᾶν ἐξέστηξεν ἐπ' ἔξασα κύκλου
Ἀλλὰ τὸ μὲν τ' ἐνέμιμνε μελέων, τὰ δὲ ἐξεβε-
βλήκει.

Ὅσπον δ' αἰὲν ὑπεκπροθέοι, τόσον αἰὲν ἐπήει

Ἡ πόφρων φιλότης, ἀμφεῦσον ἄμβροτος ὀμοῖ.
 Αἶψα δ' ἔθνεά τ' ἐφύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθά-
 νατ' εἶναι,

15 Ζωρά τε· τὰ πρὶν ἄκριτα διαλλαζαντα κελεύθους.
 ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς γενέσεως τῶν ὀφθαλμῶν τῶν
 σωματικῶν τούτων λέγων ἐπήγαγεν·

Ἐξ ὧν ὄμματ' ἔπηξεν ἀτειρέα δι' Ἀφροδίτη.
 καὶ μετ' ὀλίγον·

Ἰόμφοις ἀσκήσασα καταστόργοις Ἀφροδίτη·
 καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τοῦ τοὺς μὲν ἐν ἡμέρᾳ, τοὺς δὲ
 ἐν νυκτὶ κάλλιον ὄραν,

Κύπριδος, φησὶν, ἐν παλάμῃσιν ὅτε ξὺ πρῶτ'
 ἐφύοντο.

Ὅ, τι δὲ περὶ τούτων λέγει τῶν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ,
 ἄκουε τούτων τῶν ἐπῶν·

Εἰ δέ τισι περὶ τῶνδε λιπόξυλος ἔπλετο πίστις,

20 Πῶς ὕδατος γαίης τε καὶ αἰθέρος ἡελίου τε
 Κιρναμένων, εἶδη τε γενοίατο, χροιά τε θνητῶν
 Τοῖα ὅσα νῦν γεγάσσι συναρμοσθέντ' Ἀφροδίτη.
 καὶ μετ' ὀλίγα·

Ὅς δὲ τότε χθόνα Κύπρις ἔπειτ' ἐδείκνυεν ὄμβροφ
 Ἥ δὲ ἀποπνεύουσα θεῶν πυρὶ δῶκε μζοατύναι.

καὶ πάλιν·

25 Τῶν δ' ὅσσ' ἔσω μὲν ἰπυκνὰ, τὰ δ' ἔκτοθεν μανά
 πέπηγε

Κύπριδος ἐν παλάμῃσιν πλάδης τοιῆσδε τυχόντα.

Sic ex Codice summa cum fide, vt vel ipsi errores
 passim testantur, hos versus describendos duxi.

Versio Moërbekae pag. 185. Versio pseudo-grae-
 ci textus fol. 128. b.

At forte nihil prohibet proponere aliqua verborum Empedoclis hoc insinuantia: Καὶ ἴσως οὐδὲν κωλύει προ-
 θέσθαι τινὰ τῶν τοῦ Ἐμ-
 πεδοκλέους ὁμημάτων τοῦτο
 παρεμφαίνοντα·

- Cur ego conuersus venio ad viam laudans prius occupatam, *Τίη δ' ἐγὼ ὑποστρέψας ἔρχομαι πρὸς ὁδὸν αἰνέων τὸν πρὶν κατειλημμένον*
- Adnectens fabulae fabulam. illud liti perfectissimum subiicitur profundum. *Προσάπτων μῦθῳ μῦθον ἐκείνο νεῖκεῖ μὲν τε τελεώτατον ὑπείκει βάρθος,*
- Versat medius amor orbiculatione facta. *Δινεῖ δὲ μέση στοργῇ περιστροφῆς γενομένης.*
- In hanc omnia conueniunt vnum solum esse non aspiciens, *Εἰς ταύτην ταῦθ' ἅπαντα σύνεισιν ἔν μόνον εἶναι οὐχ ὁράα,*
- Sed vertens alia aliunde statuens, *Ἀλλὰ στρέφουσα ἰσῆσα ἄλλοθεν ἄλλα.*
- Denuo his mixtis funduntur infinitae mortalium gentes. *Τῶν δ' αὖ μιχθέντων, ἐκχεῖται μυρία ἔθνη βροτῶν.*
- Multa autem simul constituerunt vinculis ligata vicissim, quaecumque adhuc lis inuenit in alterum, *Πολλὰ δ' ὁμοῦ συνέστη δεσμοῖσιν ἀμοιβαῖα. ὅσα δ' ἔτι τὸ νεῖκος ἐκρῆσεν εἰς ἕτερον.*
- Non sine querela omnino destitit ad extremos fines circuli. *Οὐκ ἀμέμπτος πάντη διέστησεν πρὸς ἰσχατόωντα πείρατα κύκλου.*
- Sed alia quidem immanserunt membrorum, alia autem prodierunt. *Ἀλλὰ τὰ μὲν ἔμεινε μέλεων, τὰ δ' ἔρχοντο.*
- Quantum autem existere excurrit, tantum existere subiuit *Ὅσον δ' ἔμειναι ὑπεξέδραμε, τόσον ἔμειναι ὑπῆλθεν,*
- Blandus amicitiae sine querela immortalis impetus. *Μελίχιος στοργῆς ἀμέμπτου ἀθάνατος ὁρμά.*
- Ignavae autem, gentes natae sunt, *Νωθὰ δ' ἔθνη πέφυκεν,*

- Quae antequam addiscant immortalia esse animalia, ac prius indiscreta disponunt vias. Ὅσα πρὶν δαῖναι ἄφροτα εἶναι ζῳά τε, πρὶν ἀδιόκητα διαζοσμέουσιν ἀγνιάς.
- Sed et de generatione oculorum corporeorum horum dico adiecit. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν σωματικῶν τούτων λέγω προστίθηναι.
- Ex quibus oculos compinxit clarissimos propter Venerem. Ἐξ ὧν ὀφθαλμοὺς διέγραψεν λαμπροτατοὺς δι' Ἀφροδίτην.
- et paullo post καὶ μετ' ὀλίγον
- Clarius studens amicabilibus stolidis Veneris. Περὶ τοὺς φιλικοὺς ἤλους τῆς Ἀφροδίτης σπυδαζῶν.
- et causam dicens, quare hi quidem die, hi autem in nocte melius vident, ait καὶ τὸ αἴτιον λέγων, διατί οἱ μὲν μεθ' ἡμέραν, οἱ δὲ νυκτὸς βέλτιον ὁρῶσι, φησὶν
- In principatibus Veneris quando cum primis nascabantur. Ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆς Ἀφροδίτης, ὅτ' ἐν πρωτοῖς ἐφύοντο.
- Quod autem de his dicit, quae in hoc mundo, audi hos versus. Ὅτι δὲ περὶ τῶν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ φησὶν, ἀκουσον τῶν στιχῶν τούτων.
- Si autem aliquid tibi de his desiderabilis implebatur fides, Εἰ δέ τί σοι περὶ τούτων ἰμερτὸς ἐμπίλλησι πίστις,
- Quomodo aqua, terra, soleque mixtis speciesque genitae sunt Πῶς ὕδατος, γαίης, ἀελίου τε μειγμένων, εἶδεά τ' ἐγένοντο
- Et colores mortalium tales, quicunque nunc apparent aptati Veneri. Χρῶματά τε θνητῶν τοιαῦτα, ὅσα νῦν φαίνεται ἀρμωσθέντα Ἀφροδίτην.
- et post pauca, καὶ μετ' ὀλίγα,
- Vt autem terra Kypris exiit, sese voluit in humido, Ὡς δὲ γαίην Κύπρις ἐξείησεν ἐδίνησεν ἐν διερω,

Haec autem immixta puro igni dedit obtinere.	<i>Ἡ δ' ἐμειψήσας ὀλίγω πυρὶ δῶκεν ἐπικρατέειν.</i>
et iterum,	<i>καὶ αὐθις,</i>
Horum autem quibuscum- que intra quidem spis- sa, quae autem exterius rara effinxit,	<i>Τούτων δὲ μίττα, ἐντὸς μὲν πυρρὰ, ἔκτοσθεν δ' ἀραιὰ διέγραψεν,</i>
In principatibus Veneris humiditatem talem sor- tientia.	<i>Ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆς Ἀφρο- δίτης ὑγρότητα τοιαύτην λαχόντα.</i>

Nihil est unum vni simile tamque par, quam Moërbeka et Graeculus sunt inter se, poeti-
cis exceptis vocabulis, quae iste fraudi suae passim prae-
tendebat. Quid in Taurinensi lectione corrigendum,
quidue de Empedoclis Philosophia monendum vi-
deatur, in sequentibus adnotationibus liceat, huma-
nissime Didyme, disputare. Nouo enim critices
fonte accedente plurima felicissime coniectata con-
firmari, pleraque etiam in melius referri poterunt
ex iis, quae ab ingeniosissima Sturzii industria sa-
lubritatem quidem sunt consecuta, at nondum sa-
lutem.

V. 1.

Priores duos versus nusquam alibi apud antiquos
scriptores laudatos sic Buttmanus ex citata Grae-
culi prosa restituebat pag. 37. vol. 4. part. 1. Com-
ment. Societ. Philol. Lips.

*τὴν δὲ γ' ὑποστρέψας ἐπανέρχομαι εἰς ὁδὸν αἴ-
νων,*

τὸν πρὶν κάλλειπτον μῦθον μῦθῳ προτιάπτων.
quibus ut videat, ex prosaica interpretatione Aenci-
dos, quae in libris est ad usum Delphini, optimos
elici posse versus, at ipsos Virgilii modos omnino
nunquam. Probe vidit V. D. τὸ αἴνων probabilius

esse τοῦ αἰνέων; vti iue noster ὕμνων legit, non ὕμνων, vti praepostere fecerat Moërbeka. Summos vero auctores ὕμνον adpellasse *omnis generis carmen*, post alios monuit Fischerus ad Anacreont. Od. IX. 11. 22); at de Empedoclis versibus vsurpari posse, auctor est Menander *de encomiis* cap. V., vbi de ὕμνοις φυσικοῖς ait: καὶ χρῶνται δὲ τοιοῦτῳ τρόπῳ Παρμενίδης τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀκριβῶς. Vocem παλινδροσος Sturzius ad vers. 271. iam reddebat *retrogradus, retrocedens*.

22) Dum Fischerum commemoro, nequeo, quin iniquum eius de Bodoniana Anacreontis editione iudicium paucis excutiam. Sic enim Vir doctissimus in Praetatione Editionis tertiae: „Bodonius certe nostrae quidem „expectationi adeo parum respondit studiis suis, vt vltum „huiusce editionis exemplar, quamuis facie splendidum, „tamen nollemus nobis nec quatuor denariis redimere . . . „ . . Varietas lectionis, quae adiecta comparet, neque „plena est, et vix tribus coniecturis propriis Thomae Valpergae Calusitani, iisque leuissimis [vid. Odar. 24. 7.] „aucta“. Haec scribebat Vir de Anacreonte optime meritis- simum, immemor illorum Persii:

Velle suam cuique est, nec voto vinitur vno. Si enim, vt fatetur, Bodoniana editio facie est splendida, si artificio absolutissima, eademque Anacreontis Gratus ex aequo respondens, plenissima sunt Bodonii vota, expletissima aequorum omnium aestimatorum expectatio. Nam iis praeter opinionem contingeret, si quidquam minus perfectum a typographorum principe ederetur. Quare si καλλωπισμοὶ hand arident, detur venia τοῖς μητὰ ἀπαλλαγτομένοις τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης; remque suam decoquentibus. Varietatem lectionis equidem non plenam esse ex emendationibus, quotquot, vel Ionicismi peruersa opinio, vel nouarum rerum amor, vel priuata cuiusque φιλαντία, quo plura et difficiliora scire videatur, peperit chartisque illeuit, fateor. Verum longe aliud Thomae Valpergae consilium esse, cum eius explicata verba [pag. 88. edit. min. formae] testantur, tum facile

V. 2.

Etsi, quod sciam, exemplo careat compositum ὑπο-
 χετεύω, haud tamen reiiciendum videtur. Vti enim
 de vocabulo ἀνατάραστος observabat D'Oruille ad
 Charitonem pag. 241. iniquum est voces omnes,
 quas admittit liquidissima linguae analogia, verum
 quae auctoritate adhuc carent, graecitate excludere,
 donec feliciter eis astrum fulserit. Id ipsum siue
 de vocabulis, siue de sensu quem praestant inau-
 dito pluries deprehendet ille, qui lectioni Empe-
 docleae consuescat. De simplici ὀχετεύω sic Pha-
 vorinus: ὀχετεύειν ἐστὶ κυρίως τὸ ὑδωρ δι' αὐλακὸς
 ἄγειν, ἀπ' οὗ μετοχετεύειν, τὸ μετὰγειν ὑδωρ ἐφ' ἐτέ-
 ραν αὐλακα. Apposite ergo Empedocles post digres-
 sionem interiectam, eandemque ad finem perductam,
 a primis orsis sermonem iterum *subderiuare*, iis-

praesentiebatur non esse his locum, ut splendidi libri
 postremae paginae notariorum siglis afflatim commacula-
 rentur. Saltem nunquam quidquam tale videre contigit
 in splendidis quibusque Baskervillii, Didotii etc. editio-
 nibus. Accedit, quod non praeparati otii, sed subitaria
 haec fuerit bidui opera, dum Didymus Taurinensis ad
 omnem humanitatis rationem facillimus Bodonio suo opus
 maturanti gratificabatur. Inde fortasse erit, quod *varie-
 tas lectionis vix tribus coniecturis sit aucta*, si vlla ta-
 men laus est in coniecturis nullo certo sese compescere
 puncto. Ast eae *leuissimae*. Oh! quantum haberet gra-
 tiae ea penitissimae scientiae laus, quae nullo rusticitatis
 confinio laederetur, sederetque iudex non se magis, quam
 ceteris auctoribus! Quamquam neque inter variantes pro-
 prie dictas ipse Didymus habebat, dum oden *αδ'*, ut pe-
 dibus incederet certis, coniectura rescribens, emendato-
 res quosque immoderatos tentamine suo castigabat, quod
 Cl. Fischerus haud vidit, quippe qui in varietate lectio-
 nis odes *αδ'* ad singulos versus Valpergam tamquam noua
 serio comminiscens citat. Adeo praeiudicatae expe-
 ctationes saepe saepius spe sua frustrantur.

V. 5.

Metro iugulato tum hic, tum fol. 562., vbi eadem sic scribit *ἐν τῇδε τάδε πάντα*, quemadmodum et fol. 17. b. legit Codex de Phys. Ausc., si quidem coniecturae esset locus, malle[m] legere:

Ἐν τῇδ' ἴδὲ τὰ πάντα.

Ita enim Belle τῷ ἡδὲ in septimo versu responderet *τῶν δέ τε μισγομένων*: hoc item non praestat edita lectio *ἐν τῇ δὴ τάδε πάντα*.

V. 6.

Lectionem Sturzii:

Οὐκ ἄφαρ, ἀλλὰ θέλυμα συνίσταται ἄλλοθεν ἄλλο,

mendo aliquo laborare ex sola patet diligentia, qua probabilem inde sensum elicere satagit. Postquam enim θέλυμα reddidisset *prorsus*, hanc profert versionem: „*non quidem statim, sed tam n prorsus coniunguntur aliud quidem aliunde*“; at neque si ita veritas τὸ ἄφαρ, opponitur τῷ θέλυμα, quae duo necessario sibi aduersari probe intellexerat Vir acutissimus. Iam in nostro ex aduerso sibi respondent ἄφορα, quod, iudice Hesychio, praeter cetera, est ἀσύλληπτα, et ἐθέλυμα, quod ex Phauorino sonat πυκνά, vt habeas:

Haud disiecta, sed densa simul vndique consistunt.

Amicitia enim sphaerum succedente, elementa, quae prius ἄφορα erant et ἀσύλληπτα, sese conglobare coeperunt, vti ex proximo versu clarius liquet. At quam quantitas vocis ἐθέλυμα valde mihi sit anceps, malo θέλυμα reponere, quod pari in sensu legitur v. 73. Sturzii:

Ἐκ δ' αἴης προρέουσι θέλυμά τε καὶ στερεά γε.

e terra nascuntur densa et solida, vt vertit Sturziius. Cum *συνιστάμενα* sat commode se habeat, nefas duco praeter auctoritatem codicum recudere *συνίσταται*.

V. 8.

Metri gratia ex edito Sturzii sic emenda:

Πολλὰ δ' ἄμικτα κατεστήκει κεραιζομένοισιν.

Verte: „*multa adhuc manebant haud permixta cum iis, quae in sese inuicem incurstabant*“. Etenim ἐν ταύτῃ [ita Simplicius fol. 362.] τῇ καταστάσει μουνομελή ἐτι τὰ γνῶα ἀπὸ τῆς τοῦ νείκους διακρίσεως ὄντα ἐπλανᾶτο τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ἀμυρίμενα, quare Empedocles hosce elementorum permistionem frustra expetentium temerarios errores recte incurSIONES OCCURSIONESQUE adpellare potuit. Cur ἀλλὰξ (sic enim lege) ad sequentem versum cum Sturzio non referam, atque editum *κερασσαμένοισιν* respuam, patebit ex aurea lectione decimi versus, quam ne turbarem, religioni habui.

V. 10.

Incommodum esse vocabulum *ἀμεμφέως*, quod antea legebatur pro eo quod est in Codice *ἀμραφέως*, iam Sturziius senserat. Quapropter praecuntibus Hesychio et Phauorino, qui *ἀμέμφως* per *ἀφειδῶς* reddunt, V. doctus vocem *ἀφειδῶς* eo trahebat, vt notaret *omnino*, hocque fas esse aiebat ex hisce Plutarchi de discrim. Adul. et Amic. c. 36. ed. Hutten. *ἀφειδῶς ἐνέδωκεν ἑαυτὸν ὑποσκελίζεσθαι*, vbi etsi in libera versione tolerari possit *omnino*, eius tamen germanam lectionem, *quin sibi parceret, nulla sui ipsius habita ratione*, in ea quae pressior sit facile quis amabit. Iam si omnes notiones, quae apud liberos interpretes obtinent, vocibus ipsis essent affigendae, aequo nimium graecae linguae pomoeria forent

amplianda. Contra quam auream, ut praemonui, lectionem Taurinensis codex praestet, ex eo colligere videor, quod 1^o a voce reconditiore ἀμεμφέως per via librariis fuit transitio ad vulgatiorem ἀμεμφέως; 2^o perquam apposite indigitat, ad quem gradum Discordia sublimis esset in sphaero, id est, cogente Amicitia, ἐνέροτατον venisse in fundum, quin tamen iam eum contingeret. Vocem τέματα insititiam esse ad versum supplendum, ab eoque abesse posse, sentiunt omnes. Τὸ πᾶν ad νεῖκος spectare monuerat Simplicius fol. 362., quem locum operae pretium erit collatis versionibus exscribere, quo et proximis versibus maior lux affundatur, et simul pateat, quam parum constanter conuenienterque fraus sese gerat.

Codex Taurinensis fol. 362.

Μήποτε οὖν οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς φιλίας ταῦτα λέγει γενέσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἀλλὰ τότε οὐπω τὸ νεῖκος

. πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέματα κύκλου,

Ἀλλὰ τὰ μὲν τ' ἐνέμιμνε μελέων, τὰ δ' ἐξεβεβήκει.

Ὅσον δ' αἰὲν ὑπεκπροθέοι [φησὶ τὸ νεῖκος], τόσον αἰὲν ἐπήει

Ἡ πόφρων φιλότητος ἀμεμφέως ἀμβροτος ὀρμή.

Moërbeka pag. 205. Editio Veneta fol. 144. b.

Forte igitur non in praedominio amicitiae haec dicit fieri Empedocles φησι γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἀλλὰ τότε ὅτε οὐπω τὸ νεῖκος

..... omnis secessit ἅπαν ὑπεχώρησεν
ad extrema vltima cir- πρὸς τὰ ἔσχατα τελει-
culi. ταῖα τοῦ κόσμου.

Sed haec quidem membro- ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν μερῶν
rum immanserunt, haec ἐνέμεινεν, τὰ δ' ἐξήλ-
autem exiuerunt. θεν.

quemadmodum enim sem- ὅσον γὰρ ἀεὶ τελειοῦται τὸ
per proficiscitur lis, νεῖκος

tantum semper subit man- τοσοῦτον ἀεὶ ὑπείσιν ἐπει-
sucte sapiens amicitia κῶς ἢ σοφὴ φιλία χωρὶς
sine querela impetus. μέμψεως ὀρμῆ.

Quidquid peccat alter, et alter.

V. 11.

Sturzius mauult μερέων, vt intelligantur partes τοῦ νείκους. Verum μελέων legerat Moërbeka, μελέων bis codex Taurinensis habet, tum alter de phys. ausc., denique μελέων postulat contextus loci nuper citati fol. 562., quem siue ad lectionem muniendam, siue ad Empedoclis scita illustranda abs re non erit huc transferre. Quum Alexander praepostere ea Aristotelis verba lib. III. cap. 2. edit. Du-Vall. pag. 475. καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς γίνεσθαι φησιν ἐπὶ τῆς φιλότητος intellexisset, dum Empedoclis opinionem ita accipit, ac si exemplo esset temerarii motus, quo res aliae alias apprehendentes in ea concreverent corpora, cuiusmodi in natura videmus; contra Simplicius contendit Empedocli placuisse 1^o per motum fortuitum haud eas elementorum permistiones gemitas, ex quibus corpora, prout sunt in natura, emergant, sed inchoata tantum et monstrosa orta fuisse; etenim πῶς ἂν εἴη μίξεως σημαντικὸν ἢ ἀναίχενος κόρη, καὶ τἄλλα τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενα? 2^o neque praedieta monstra sub Amicitia moderante coaluisse, quandoquidem dicat Empedocles ἐν τῇδε τάδε πάντα

συνέρογεται ἔν μόνον εἶναι, sed quo tempore rerum summa inter Amicitiam superiora chaus obtinentem, et Discordiam in inferiora detrusam, dubio imperio diuisa erat. Tum enim membra ἔτι μονομελῆ imperfecta vagabantur, in his brachia humeris orbata, frontes oculorum expertes discurrebant, affinia vnumquodque quaeritans membra, quibus numeris expletur suis. Tandem Discordia contrectanter in imo chaus desidente, monstra *solimembra* proprio quaeque conciderunt loco; vno verbo haec ἐπὶ τῆς φιλότητος facta sunt οὐχ ὡς ἐπικρατούσης ἤδη, ἀλλ' ὡς μελλούσης ἐπικρατεῖν. Quare dum Simplicius versus superius laudatos sententiae suae patronos adsciscit, atque subdit ἐν ταύτῃ οὖν τῇ καταστάσει κ. τ. λ. vide ad v. 8., apertissime prodit, se et μελέων legisse, et hoc nomine membra quaeque intellexisse; seu quae μονομελῆ vagabantur, quum e Discordiae dominatione excessissent, seu quae ei adhuc subiecta, neque reuera coalita, permisionem opperiebantur. Hinc verterem: „sed alia quidem ex membris permisionem „praestolabantur sub Discordiae potestate manentia, „alia vero, cum inde excessissent, vagabantur affinia „membra quaerentia“. Sine, vt cum grammaticis loquar, vtraque vox, ἐνέμιμνε et ἐξεβεβήκει, praegans est, vt duplicem prae se ferat sensum, illa, dum exspectare simul notat et manere in Discordiae potestate, haec, ab huius dominatu excedere atque vagari.

V. 12.

Optime Sturzius pro ὑπεκπροσθέει emendauit ὑπεκπροσθέει, Taurinensibus codicibus consentientibus. Iidem tamen refragantur, dum manunt ὑπῆει. Ceterum vtrum ὑπεκπροσθέει legas, an ὑπεκπροσθεοι, disputare non vacat.

V. 15.

Versu ob corruptam vocem ἀμεύσσον claudicante, quid pro ea reponas, ex hisce collige. Textus omnes eandem hic adhibent vocem, quam supra in versu decimo. Sturzius enim utrobique ἀμεμφέως, consentiente codice Taurinensi de Phys. Ausc. et Moerbeke, qui utroque in versu reddit *sine querela*: tum pseudo-graecus de Caelo v. 10. ἀμέμπτος, hic loci ἀμέμπτον; accedit Lucillus Philaltheus, hic in sua versione Simplicii de Phys. Ausc. utrobique conuertit *sine culpa*. Iam quemadmodum in versu decimo optimam lectionem praestabat ἀμφαρέως, idem et reponendum videretur in hoc, quo immoramur, versu. At metro aduersante, et sensu aduerbium hoc improbante, emendandum erit ἀμφαμφῶς, τῷ μ inserto ad secundum alpha producendum, phrase ac in ἀμφασίη, φασίμβροτος, ἀσύχμος, δαμασίμβροτος, ἀμβροτος, ἔρεμβος, vide Maittaire de Dialect. pag. 390. ed. Sturz.; ex Empedocle addi posset vox ἀστεμφής v. 16. pro ἀστεμφής. Atque eo vel maxime in hac lectione conquiesco, quod facile amanuensibus fuerit a forma inuisitata ad τὸ ἀμεμφέως dilabi, commodusque inde oriatur contextus. Quemadmodum enim de Helena ter causas insidias diligenter circumueante, dum optimos quosque Danaorum manu conquirebat, voceque compellabat, Homerus Odys. δ' 277. ait:

τῶς δὲ περιστέιξας κοῖλον λόγον ἀμφαρόωσα,

in eundem modum Empedocles declaraturus, quanta diligentia Amicitia vndique Discordiam insectaretur, sibi que vniuersa subderet, ait, chaos attrectanter circumiuisse, quod breuius exponi haud poterat, quam est vno significatum nouato vocabulo. Ceterum si quem male habet inauditum vocabulum πύσρον, nae

ille poterit cum Sturzio *ῥιόφων*, vel etiam *πρόφων* legere *).

V. 14.

Omnino corrige *θνήτ'* cum Sturzio pro eo quod est in nostro *ἔθνεα*.

V. 16.

Iam sequuntur versus, quos ex veteribus solus servavit Simplicius de Caelo. Hosce ex pseudo-graeco ad leges metricas sic refingere conabatur Buttmanus laud. loco :

ἔξ ὧν ὀφθαλμοὺς διέγραψεν δῖ' Ἀφροδίτη
λαμπροτάτους.

Et

..... ὅτ' ἐν πρώτοις ἐφύοντο.

Et

εἰ δέ τί σοι περὶ τῶν γλυκῆς ἡμερός ἐστι πεπύ-
σθαι,

πῶς ὕδατος, γαίης τε, καὶ ἡελίου μιχθέντων,
εἶδέα τ' ἐξεγένοντο, τσαυτὰ τε χρώματα θνητῶν,
ὅσσα τε νῦν ἐφάνη ἀρμοσθέντ' εἰν Ἀφροδίτη.

Et

ὡς γαίην Κύπρις ἐξείης διεροῖ δίνησεν·
ἢ δ' ἐμφυσήσασ' ὀλίγω πρὸς δῶκεν ἐπισχεῖν.

Et

μείστα δὲ τῶν, ἐντὸς μὲν πύκν', ἔκτοσθε δ' ἀραιά.

Et

..... τόσην ὑγρότητα λαχόντα.

At, hisce omissis, genuinum codicem expendamus. Oculos *ἀτειρέας* appellavit, quod, auctore Hesychio, idem est ac *στερεός*, *οὐ τειρόμενος ὑπὸ Ἄρως*, *ἀκαταπόνητος*, ad haec *θαυμαστός*, *ὄξύς*, et ὁ διὰ *λαμπρότητος ἀθρούμενος*; nomina enim *ἀτειρέης*, *ἀθειρέης* et *ἀτειρήης* tum ab Hesychio, tum a Phaurino pro-

[*] Imo lege *ἡπιόφων* et adde hanc vocem Lexicis. G. H. SCHAEFER.]

miscue confunduntur, vt clarissimis Hesychii illustratoribus adnotatum. Quare Moërbeka dedit *clarissimos*, et pseudo-graecus *λαμπροτάτους*. Quorsum spectet *ἐξ ὧν*, ex iis colligitur, quae Sturzius eruditissime, vt omnia, exequitur pag. 418 — 20., scilicet placuisse Empedocli ex aqua potissimum et igne oculos coagmentatos esse; quae scita cum in superioribus versibus deperditis aperuisset, in hoc veluti conclusionem firmavit.

V. 17.

Propriam notionem vocis *ἀσζέω* positam esse in eo, quod notet *curam adhibere, accurate facere et conficere*, ex Homero monuit Damm col. 2640. *γόμεφους* esse *δεσμὰ, ἄρθρα, συνδεσμούς* adnotauit Hesychius. Quare quum in praecedentibus de oculis verba fecisset, hi *γόμεφοι* de vinculis intelligendi veniunt, quibus Venus oculos confectura ignem simul et aquam vinciebat, temperabatque pro diuersa oculorum ratione. Illud enim indubium, hac voce, vel alia affini, pari in sensu delectatum esse Platonem; sic enim in Timaeo pag. 307. edit. Bipont., postquam omnium primum ignem terramque creatam dixisset, subdit: *δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν. δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινὰ ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίνεσθαι*. Totam inde vinculorum rationem explicare pergit. Haud secus pag. 323. Dii iuniores elementorum particulas vinculis copulabant, *πυρνοῖς γόμεφοῖς ξυντήχοντες, ἐν ἐξ ἀπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕναστον*, crebrisque clauis coniungentes vnum ex omnibus corpus efficiebant. Quae si cui non probantur, licebit ei de vinculis accipere, quibus oculi partes in vnum sunt colligatae, vel de *γόμεφοῖς*, quibus oculus vterque ad inuicem deuincitus est, vnde

..... *μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ.*

quemadmodum habet Empedocles v. 284. Confer etiam versum 195., vbi ἐγόμεφωσεν et ἔδησε coniunguntur, ibique adnotata a Sturzio. Vocem κατὰστοργος analogia dictam haud repudiandam censeo. Moerbeka vertebat *amicabilibus*.

V. 18.

Κύπρις, Ἀφροδίτη eadem est ac Φιλία, quemadmodum Sturzius ea, qua vtitur, accuratissima diligentia monuit pag. 241. et alibi. Cuius appellationis non aliam proferri posse rationem arbitror, quam illam a Lucretio allatam. Hic enim de *rerum natura* versus pangere constituens, poëma exorditurus, Venerem sibi sociam studet esse, eo quod rerum naturam sola moderetur, nec sine ipsa quicquam dias in luminis oras venit. Hunc versum veluti ceterorum prooemium habuerim, in quibus propriam evoluebat theoriam, cur oculorum alii interdium, alii noctu clarius obiecta cernerent, qua de re quid senserit, adi sis Sturzium p. 418 — 20.

V. 19.

Vocem λιπόξυλος hucusque, quod sciam, inauditam iam exhibebat versus 69. Empedoclis a Simplicio de phys. Ausc. depromptus:

ἀλλ' ἄγε τῶν δ' ὁάρων προτέρων ἐπὶ μάρτυρα
δέοζευ

εἴ τι καὶ ἐν προτέροισι λιπόξυλον ἔπλετο μορφῆ.

Sturzius nouam et inuisitatam vocem miratus rescripsit λιπόξυγον, quod, Hesychio et Phaurino interpretibus, vertit *solitarium*. At, praeterquam quod Taurinensis codex de phys. ausc. fol. 74. b. λιπόξυλον itidem exhibet, et Lucillus Philaltheus ad h. l. latine reddit *pingui forma lignum*, repouendumne etiam hic loci λιπόξυγος? Fateor non

assequi, quid monstri sit *fides solitaria*, quemadmodum et in v. 69. valde male me habet *solitarium forma*, quod, nisi per varias interpretationes diducas, barbaricum est. Ergo in tanto codicum consensu, cumque iterata vice legatur, omnino in voce *λιπόξυλος* acquiescendum erit. Noua autem vocabula ab Empedocle cusa mirabitur nemo, qui loca Lucretii I. 157. et Ciceronis III. *de finibus* 1. 2. etc. recogitet; ad haec Empedoclis aetatem, vniuersamque eius scripturae rationem, tum multa vocabula quauis in lingua exoleuisse. Accedit, quod, etsi nostrum sit insolentius, analogia tamen sit dictum; quare si Wolfio parem vocem *λιπόχαρις* [Poëtriarum octo fragm. et elogia fragm. XXXVII.] etiam tum ignotam recipere licuit, eodem iure inter vocabula probatae notae hanc annumerabo, in eiusque sensum inquiram. Quam ex nostro fragmento facilius innotescere arbitror, quandoquidem in v. 69. *λιπόξυλον* absolute sit positum. Vocem *ξύλον* persaepe notare *vinculum ligneum*, quo vt manus pedesque, ita et ceruices impediuntur, post alios dat Fischerus ad Anacr. fragm. XXVII. v. 12. Cuiusmodi illud esset, confer Reiske ad Demosth. pro Coron. §. 40. Quare *λιπόξυλος* ad nominis originem exactus erit ille, *cui vincula desunt, qui a vinculis est solutus*, plane ac *λιπόζυγος, qui solutus est a iugo societatis, solitarius*; de fide dictum *λιπόξυλος πίστις* erit *fides vinculis soluta, libera, incredula*, qua ratione *incredulus* pro *incredibilis* accipitur. Ergo v. 69. verte:

Sed age eorum, quae prius dicta fuere, testem contemplare,

Si quid et in praecedentibus, quod ad formam attinet, incredibile fuerit,

Testem, inquam, contemplare solem etc.

Hoc loco redde:

Si vero quibusdam de his incredula est fides,
h. e. fide maius videtur,

Quomodo ex aqua, terra, aëre et igne per-
mixtis

Species ortae sint, et color mortalium etc.

Qui acriori utatur critica, maiora dabit, at ab ista
vocis notatione non longe recessurum confido.

V. 22.

Vox γεγάσι pro γεγάσι itidem legitur v. 398., vbi
apposite Sturzius a γάω interpretatur extant, re-
periuntur. Lege Ἀφροδίτη casu datiuo.

V. 23.

Corrige ἐδίρει ἐν ὕμῳ, ita enim et sensus postu-
lat, et Moërbeka sese voluit in humido. Ὅμβρον
esse aquam, ex Simplicio monuit Sturzius pag. 210.
Hic, et proximo versu, nisi omnia me fallunt, Em-
pedocles agit de hominis ortu. Censorinus enim de
die natali cap. IV. Empedocli placuisse affirmat:
„primo membra singula ex terra quasi praegnan-
te edita, deinde coisse, et effecisse solidi ho-
minis materiam igni simul et humori permistam“.
Haud absimili ratione Ouidius Metam. I. 82.

Quam tellurem satus Iapeto mistam fluuijalibus
vndis

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Verum prae omnibus veteribus pressius noster hunc
Geneseos locum II. 7. transtulisse videtur: ויצר יהוה
אלהים את האדם עפר מן-האדמה ויפח באפיו נשמה חיים
vt lingua tantum et metro vterque distinguatur.

V. 24.

Seiunge ἡ δὲ ἀποπνείουσα.

V. 25.

Metri gratia emenda τῶν δ' ὕσ' ἔσω, et ἔκτοθι.

V. 26.

Ob easdem metri leges corrige παλάμησι. Persimilem versum Sturzius habet v. 218.

Κύπριδος ἐν παλάμῃσι πλάσιος τοῖησδε τυχόντα. quem utpote solitarium, et in Empedoclis carminibus, ut augurari licet, frequentem huc trahere, aut hunc ex nostro, et vicissim refingere nolo. Vel eo maxime, quod tum Moërbeka, tum ipsa critica adversetur; ille, dum vertit *humiditatem talem sortientίς*, haec, dum intemperantis notam vix effugiet, si in contextu, qui ferri potest, quidquam immutat.

Persequar, Didyme egregie, ceteros Empedoclis versus a Simplicio de Caelo passim laudatos exscribere, ne litterarum bono, ardentique doctorum hominum, qui in iis corrigendis operam posuerunt, expectationi merito conceptae sciens defuisse videar. Eosdem, adeo haud secus quam praecedentes, in pseudo-graeco pari indignitate esse foedatos, quia a cetera fraude non abhorret, et certissime iudicas, et, uti soles, recte; quare, ne libro nequicquam turgescente, tua abutar patientia, collationem versionum omittam, ut maxime necessaria in notis, si quid opus erit, inde excerpturus. Vnaquaeque versuum fragmenta lineola distinguam, prout a Simplicio vel disjuncte vel continenter citantur.

Fol. 361. b.

27 ἢ πολλὰ μὲν κόρσαι ἀνάχενες ἐβλάστησαν.

Fol. 362.

γυμνοὶ δ' ἐμπλάζοντο βραχίονες εὐνίδες ὤμων,
ὄμματά τ' οἷα ἐπλανᾶτο πενητεύοντα μετώπων.

30 αὐτὰρ ἐπεὶ [φῆσι] κατὰ μεῖζον ἐμίσγετο δαίμων,
 ὅτε τοῦ νείκεος ἐπεκράτει λοιπὸν ἢ φιλότης,
 ταῦτά τε συμπίπτεσκον ὅπῃ συνέκρυσεν ἕκαστα
 ἄλλα τε πρὸς τοῖς πολλὰ διηνεκῆ ἔξεγένετο.

Fol. 564.

σφαῖρος κυκλοτερῆς μονίῃ περιγηθεῖ γαίωv.

Fol. 90. b.

ἄλλοτε μὲν φιλότῃτι συνερχόμενα εἰς ἕνα πάντα,
 35 ἄλλοτε δ' αὖ δίχα πάντα νείκεος ἔχθει.
 ἦ δὲ πάλιν διαφύντος ἐνὸς, πλέονα ἐκτελέθουσι
 τῆ μὲν γίνονται τε καὶ οὐς φῆσιν ἔμπεδος αἰών.
 ἦ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λήγει·
 ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητοι κατὰ κύκλον.

Idem ex fol. 185. b.

ἄλλοτε μὲν φιλότῃτι συνερχόμενα εἰς ἕν ἅπαντα,
 ἄλλοτε δ' αὖ δίχα ἕκαστα φορούμενα νείκος ἔχθει.
 ἦ δὲ πάλιν διαφύντος ἐνὸς πλέον ἐκτελέθουσι.
 τῆ μὲν γίνονται τε καὶ οὐ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
 ἦ δὲ διαλλάττοντα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λέγει,
 ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασι ἀκίνητοι κατὰ κύκλον.

V. 27.

In collectione Sturzii est 219., diuersa tamen lectione:

ἦ πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενος ἐβλάστησαν,
 quam V. D. auctoritati Aristotelis et Philoponi nimio
 obsecutus inuitissime recepit; fatetur enim ad h. v.
 ex omni lectionis varietate, si vlla detur optio, sibi
 placere vt legatur ἦ πολλά μὲν κ. τ. λ. Ergo ita, vt
 inclinabat animus, legat, auctoritates vtrimque pares
 sensu decernente. Quorsum enim τὸ πολλῶν? Ho-
 minesue, an corpora, vel animalia spectare affirma-
 bimus? At, discordia nondum prostrata, nihil ho-

rum coaluerat. Aníe monstra? Imo ipsae κόρσαι ἀναύχενες monstrorum instar erant, vt cui eas adiudicem plane nesciam. Vtrum γero ἦ, vel ἦ, aut etiam ὡς sit legendum, neque in contextu mutilo constare potest, neque scitu momentosum; quare molestissima foret ἀκριβείας anxietas plura persequi.

V. 28. 29.

Corrige τ' οἷ' ἐπλανᾶτο; cetera apertissima, vt maioribus vix esset opus, nisi Philologorum, qui metra turbata ex graeculi prosa restituebant, operosae lucubrationes nominandae essent. Verum primum omnium, quis ipsis fundus fuerit, subiiciendum. Haec in editione Veneta sic habentur fol. 144. b.

γυμνοὶ μεμόρφωνται οἱ βραχιόνες χωρὶς ὤμων,
ὄφθαλμοὶ δὲ τοιοῦτοι ἐπλάσθησαν πτωχοὶ με-
τώπων.

Ex his Sturzius in nota ad p. 581. hos effingit versus:

γυμνωθέντα τὰ γυῖα μεμόρφωται δίχα τ' ὤμων,
ὅσσε δὲ τοῖω ἐπλάσθησαν [vel οἷω ἐβλάσθη-
σαν] νόσφι μετώπων.

Tum in notis ad v. 212. paullo aliter:

γυμνοὶ μὲν μορφοῦντο βραχιόνες δίχα τ' ὤμων,
ὅσσε δὲ οἷω κ. τ. λ.

Hermannus a Sturzio ibidem citatus coniecit:

..... γυμνοὶ μὲν μορφοῦντο βραχιόνες ὤμων,
ὄφθαλμοὶ δὲ τοὶ αὐτε μετώπων πτωχοὶ ἐπλα-
σθεν.

Denique Buttmanus non vna tantum ratione comminiscabatur in Comment. Soc. Phil. Lips. vol. 4. part. 1. pag. 56.

γυμνοὶ μόρφωθεν χωρὶς τε βραχιόνες ὤμων ὄφθαλμοὶ δὲ τοῖοι vel ὄφθαλμοὶ δὲ τοιοῦτω vel ὄφθαλμοὶ δ' οἷοι	}	πλάσθεν, πτωχοὶ τε μετώπων.
---	---	--------------------------------

Vniuersam Graeculi fraudem vsque tum Philologos omnes ita fefellisse, ne quidpiam suboleret, equidem summopere demiror. Iis enim, quorum studia integrum Simplicium lustrasse cogebant, Io. Alb. Fabricio imprimis, pronum erat, necdum Empedoclis, verum et Platonis, Aristotelis, Homeri vulgatissima loca obseruare tanta deprauatione foedata, quantam vel a Simplicio, vel a librariis perquam oscitantissime conscribillantibus profectam nulli vnquam credulo ingerere potuissent. Inde in suspicionem adducti, locum aperuissent ad fraudem detegendam.

V. 30. sq.

Hi versus adeo vitiate in pseudo-graeco legebantur, vt nec quisquam vnus eorum emendationem tentandam duxerit. In primo versu vt metrum expleas, adde *δαίμονι* ex auctoritate Moërbekae vertentis *secundum maius miscebatur daemone daemone*. In trigesimo secundo lege *διηνεξέ' ἐξέγονοντο*, vel *διηνεξές*. In his de ea elementorum permistione agi, quae, discordia iam in vltima chaus conclusa, facta est, dubitare non patitur Simplicii contextus. Diuinis nominibus elementa penes Empedoclem insigniri, imo quandoque et Deos appellari, Sturzio adnotatum est pag. 209. sq.; eum etiam consule de notatione verbi *συγκύρειν*. Ceterum etsi par versui nostro 30. sit fragmentum 190. Sturzii:

..... ὅπη συνέκυρσεν ἅπαντα.

quum haec vel huiusmodi ῥήσις pluries Empedocli vsu venire potuerit, neque illud huc referam, neque nostram ex Sturziana lectione corrigam.

V. 33.

Versum, quem illustrandum suscipio, multam molestiam Criticis facessiuisse, Scaligero imprimis, Gro-

tio, Heerenio, Friedelio, Füllebornio, Buttmanno, notissimis nominibus, ex adnotatione Sturzii colligo. Rem tamen perpèndenti facile adparebit, eos propriae emendandi sollertiae vnice confisos, haud satis contextum Simplicii expendisse; si enim pensassent, persuasum est, non adeo dubitatum fuisse de lectione *μυμής*, vel *δίνη*, *μούνη*, *μανία*, *κόνη*, sed vnicam *μονή*, cuius ad tempus receptae postea poenituisse Sturzius scribit, germanam esse intellexissent. En totam Simplicii fol. 364. scripturam, in qua versus iacet. Quemadmodum Aristoteles habet in proposito textu, τὸν Ἀναξαγόραν ἀποδέχεται κατ' αὐτό γε τοῦτο, ὅτι οὐκ ἐκ κινουμένων καὶ διακρινόμενων, ἀλλ' ἐξ ἡρεμούντων καὶ ἡνωμένων κοσμοποιεῖ: vt autem facilius Aristoteles hoc euincat, μαρτυρεται τοὺς ἐκ συγκεκριμένων [ποιούντας], ὡσπερ Ἐμπεδοκλῆς. συγκρινόμενα γὰρ πρότερον ὑπὸ τῆς φιλίας τὰ στοιχεῖα, ὕστερον ὑπὸ τοῦ νείκους διακρινόμενα, τὸν κόσμον ποιεῖν λέγουσι [fortasse λέγει]. Neminim si ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἢ γένεσις, ἐκ συγκεκριμένων εἶναι χρὴ καὶ ἡρεμούντων. Merito ergo εἰς τὴν τοῦ κόσμου κατασκευὴν [ὁ Ἐμπεδοκλῆς] παραλείπει τὴν ἐπὶ τῆς φιλότητος, κατ' ἐκείνην γὰρ οὐκ ὅδε ὁ κόσμος ὁ αἰσθητός, ἀλλ' ὁ νοητός, ἐγίνετο

σφαῖρος κυκλωτοῦς μονή περιγηθεῖ γαίων, καὶ τὰ ἐν τούτῳ ἡνωμένα. Ergo si Empedocles recte sensit, dum indigestam molem quiescentem et conglobatam creationi praestituit, eamque ipso τῆς κοσμοποιίας momento mouet et disgregat; si κατὰ τὴν ἐπὶ τῆς φιλότητος κατασκευὴν non vniquam sensibilis, sed tantum intellectualis mundus extitisset, sequitur in τῷ κόσμῳ νοητῷ, seu in τῷ σφαίρῳ (vnum enim idemque sonat, vide Sturz. pag. 278.) omnia ἡρεμούντα et ἡνωμένα fuisse, vt, accedente discordia, mundus αἰσθητός conficeretur; ergo

σφαῖρος κυκλοτερῆς μονίῃ περιγηθεῖ γαίον,
καὶ τὰ ἐν τούτῳ ἠνωμένα. Aliter enim Simplicius sibi
aduersantem Empedoclem laudasset. Palebit etiam,
quid de lectionibus δίνῃ, κώνῃ, ab Heerenio in Sto-
baeo, Füllebornio in Parmenide, et Sturzio ad v. 24.
receptis sit sentiendam, scilicet haud minus cum Sim-
plicii contextu, quam cum Empedocleis placitis de
Sphaero [vid. Sturz. pag. 278 — 92.] pugnare. Vox
μονία etsi cum analogia grammatica haud concinat,
dum a verbis λέγω, νέμω, πείρω formae in ο exeun-
tes in ία, sicuti λογία, νομία, πορία, vix sunt in vsu
[vide Buttmannum cit. loc.], poetice tamen et io-
nice praeter analogiam hic dictam esse cum Sturzio
arbitror. At omnibus fraudi fuit vox περιγηεῦ, quae
μονίῃ addita monstri est simile. Nostram περιγηθεῖ,
Hesychio et Phauorino auctoribus, redde περιχαρῆς.*)

Quamuis vero hucusque dicta rem probabilem
fecisse videantur, certissimam tamen ex Eudemo de-
finire lubet. Laudatur hic a Simplicio de Phys. Ausc.
lib. VIII. comment. 14. in cod. Taurinensi praedicto
c. IV. 4. fol. 446. b. in haec Aristotelis verba. Ὅμοίως
δὲ καὶ [ἔοικε πλάσματι μᾶλλον] τὸ λέγειν, ὅτι πέφυ-
κεν οὕτω, καὶ ταύτην δὴ νομίζειν ἀρχὴν εἶναι. ὅπερ
ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἀν εἰπεῖν, ὡς τὸ κρατεῖν κ. τ. λ.
lib. VIII. cap. I. pag. 409. ed. Du-Vall. In ea ita

[*] Empedocleum illud μονίῃ compares cum Homericō
καμμοῖνῃ, itemque cum glossa Hesychii ἔμμοῖαι (sic scrib.
παροξυτόνως), συνθήκαι: quae substantiua deriuanda ab
adiectiuis μονός, κάμμος (κατάμνος), ἔμμος. Ad-
iectiui περιγηθεῖς autem h. l. vis actiua est, pariter vt
Homericī πολυγηθεῖς. Ceterum lubens fateor, nunc cor-
ruere etiam quod mihi itemque aliis videbar non infelici-
tate e Stobaei scriptura μιμῆς, exsculpsisse ἑύμη. G. H.
SCHAEFER.]

Simplicius: *Εἰπὼν* 23) τὸ λέγειν ὅτε μὲν ἦν κίνησις, ὅτε δὲ οὐ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν αἰτίαν ἀποδοῦναι τούτου, ἐφεξῆς φησὶν, ὅτι καὶ τὸ λέγειν ὅτι πέφυκεν οὕτω, καὶ ταῦτα ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν ἀποδιδόναι, ὁμοίως πλασματώδες ἐστί. Τοῦτο δ' ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει τοῖς πράγμασιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ ἡρεμεῖν ἐν τῷ μεταξύ χρόνῳ· τῶν γὰρ ἐναντίων κινήσεων ἡρεμία ἐν τῷ μεταξύ ἐστίν. Εὐδημος οὖν τὴν ἀκίνησίαν ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὴν σφαῖραν ἐκδέχεται, ἐπειδὴν ἅπαντα συγκροθῆ,

ἐνθ' οὐτ' ἡέλιιο διείεται ὠκέα γῆ. 24)

ἀλλ' ὡς φησιν,

οὕτως ἀρμονίης πυκινῷ κρουφῷ ἐστήρικται,

σφαῖρος κυκλοτερῆς μονίῃ περιγηθεῖ αἰών.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται,

πάντα γὰρ ἐξείης πολεμίζετο γυῖα θεοῖο.

τί δὲ διαφέρει τοῦ, ὅτι πέφυκεν οὕτω, τὸ ἐξ ἀνάγκης λέγειν αἰτίαν μὴ προστιθέντα; ταῦτα δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔοικε λέγειν ἐν τῷ,

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο χρόνοιο.

z. z. l. Quis credat totidem esse Eudemi versus? Etsi eius φυσικά, liber *περὶ γωνίας*, et *Historia Geometrica et Astrologica* exciderint, fragmenta tamen a Simplicio servata argumento sunt, illum neque metro sua scita commendasse, neque eum esse, cui *Amicitia, Discordia, Sphaerus* saperent. Quapropter nul-

23) Fortasse deest ὅτι ἔοικε πλάσματι. Lucillus enim Philaltheus vertebat *cum dixerit persimile esse figmento hoc affirmare.*

24) Religiose ex codice describo, neque est animus novam suscipere emendationem.

lus vereor emendare, ut sit Ἐμπεδοκλῆς οὖν τὴν ἀκτινῆσαν pro eo quod est Εὐδήμος οὖν, facillima nominum permutatione, si Ἐμπεδοκλῆς compendiose scribatur. Ergo praeter novos versus Sturzianae collectioni addendos, noua etiam accedit auctoritas, quo μονίη περιγηθεῖ legatur, praecipiente tum codice, tum Simplicii contextu, ut tandem nullus videatur dubitandi locus de lectione huiusce versus, de quo tot feruntur coniecturae, quot sunt critici.

V. 34. sq.

Ex utroque fragmento inuicem collato facile vera lectio noscitur, quam edidit Sturzianus vers. 40. sq.; quare plura dicere nihil attinet.

